


tur in oceanū. Saltus Hercineus aues gignit: quarū pēnæ p̄ obscurū emicāt: & inter-
 lucent: quīs obtēta nox dēfat tenebras: Vnde hoīes loci illius plerūq; nocturnos ex-
 cursus sic destināt: ut illis utātur ad p̄sidium itineris dirigēdi: p̄iactisq; p̄ opaca cal-
 lium rationē uiaē moderātur indicio plumarū refulgētium. In hoc tractu sane & in
 oī septētrionis plaga Bisontes frequētissimi: q; boues feris similes setosi: colla iu-
 bis horrida. Vltra tauros p̄nicitate uigētes: capti assuescere manu nequeūt. Sunt &
 Viri: quos ip̄eritū uulgus uocat bubalos: cum bubali p̄cne ad ceruinā faciē in Afri-
 ca p̄creentur. Istis porro quos uros dicimus taurina cornua in tantū modū p̄tēdun-
 tur: ut dempta ob insignē capacitātē iter regias mēsas potuū gerula fiant. Est & al-
 ces mulis cōparāda: adeo p̄p̄elo labro sup̄iore: ut nisi recedens in posteriora uesti-
 gia p̄sci nō queat Gangauia īsula eregione germaniæ mittit aīal: quale Alce: sed cu-
 ius suffragines ut Elephātis flecti nequeunt: p̄pterea nō cubat cū dormiendum ē.
 Tamē somnolētā arbor sustinet: quæ p̄pe calura secatur. Vt fera dum assuetis fulci
 mētis innititur faciat ruinā. Ita capitur alioq; difficile est eā manu capi: nā in illo ri-
 gore poplitem icōp̄rahēbili fuga pollet. De germanicis īsulis Gangauia maxima
 est. Sed nihil in ea magnū p̄ter ipsam. Nam glesaria dat chrystallum: dat & succinū:
 quia succinum germani gentiliter uocāt glesum. Qualitas materiæ istius summam
 antea Germanico aut Cæsare oēs germaniæ oras scrutāte comperta arbor est: pinei
 generis: cuius mediale autūni tpe succino lachrymat. Succum eīse arboris de signifi-
 catione noīs capestās. Pinum uero unde sit genitū: si ufferis: ipsius succi odor indi-
 cabit: p̄cium op̄æ est ire lōgius: ne padaneæ syluæ credātur lapidē fleuisse: hāc spe-
 ciem in Illiricum barbari itulerunt. Quæ cū p̄ p̄anonica cōmertia usu ad trāspada-
 nos hoīes foret delata: quod ibi primum nostri uiderāt: ibi etiā natam putauerunt.
 Munere Neronis principis apparatus oīs absq; succino inornatus est: nec difficul-
 ter enim p̄ idem tēpus tredecim milia librarū Rex Germaniæ dono ei miserit. Rude
 primum nascitur & corticosum. Deinde incoctū adipe lactentis suis expolitur: ad
 quē uidemus nitorem p̄ facie: habet nomē Amelleum: dicitur & phalernū: utrunq;
 de similitudine aut uini aut utiq; mellis: In aperto est q̄ rapiat folia: q̄ trahat pale-
 as: q̄ uero medeatur multis uitalium incōmodis: medētium docuit disciplina. Et In-
 dia habet succinum sed Germania plurimum optimūq;: quoniā ad insulā glesariam
 ueneramus a succino cōceptum: ut superius dictum. Nā in Germaniæ continentibus
 gallica reperitur: quā gēmā arabicis antepōnūt. Vincit enī gratia Arabes: qdā dicūt
 eam nō alibi dephēdi: q̄ in nidis auium: quā melanchoritos uocāt. Quod nullus
 recipit: cum apud germaniæ populos quīs rara in saxis: tantum appareat: honore &
 p̄cio ad Smaragdos uiret pallidum nihil iocūdus aurum decet Cerauniorum por-
 ro genera diuersa sunt. Germanicum candidum est: splendet tamen cerulo: & si sub
 diuo habeas: fulgorem rapit syderum.

De Gallia. Caput. xxxii.

 Allia inter Rhenum & Pyrenæum. Item inter Oceanum & montes Ce-
 bēnam ac Liren porriguntur: foelices p̄pinguibus glebis ac cōmode p̄uē-
 tibus fructuariis: plerūq; cōsitæ uitibus & arbuſtis: oīa ad usum animan-
 tium foctu beatissima. Riguæ aq; fluminum & fontium. Sed fontaneis interdum sa-
 cris ac uaporantibus Infamantur ueneni periculo ritu icolarum: q; (ut aiunt) ueri enī
 periculum nō ad me recipio detestabili sacrorum ritu: nō ad honorem. Sed potius
 ad iniuriā religiōis: humanis litant hostiis: ex isto sinu quoquo orbis uelis exeas in

17

Hispanias & in Italiã terra mariq; in Africã mari tãtũ. Si Thracia sit petẽda: excipit ager rheticus opimus & ferax: Brigãtino lacu nobilis. Inde noricus frigidus & parcius fructuosus: qua subducitur a iugis alpiũ ad modũ lætus. De hinc Pãnonia uiro fortis: & solo plano læta atq; uber: drauo Sauo iclytis annibus circũflua. Mox mesia quas maiores nostri iure cereris horreũ noĩabant: In quarũ pte qua pontica est appet hãrba: qua inficitur oleũ: qđ uocãt medicum: hoc ad icẽdium excitatum si obruere aqua gestias: ardet magis: nec alio sopitur q̃ iactu pulueris.

De Britãnia & lapide Satage. Caput. xxxiii.

Bris erat orbis ora gallici littoris: nisi Britãnia insula qualibet amplitudine nomẽ pœne orbis alterius mereretur: Octingẽtis. n. & ap̃ius millibus passuũ lōga porrigitur: ita ut eã in Calidonicũ usq; angulũ metiatur. In quo recessu Vlyssẽm Calydoniã appulsum manifestat ara grãcis litteris inscripta: uoto multis isulis nec ignobilibus circũdatur. Quarũ Hibernia ei p̃ximat: magnitudine in huuana est: ritu incolarũ aspero. Alia ita pabulosa: ut pecuaria ibi nisi iter dũ estate a partibus arceãtur: in periculũ agat saties. Illic nullus anguis: auis rara: gẽs inhospita & bellicosa. Sanguine interẽptorũ hausto: prius uictores uultus suos obliniunt: fas ac nefas eodẽ aĩo ducũt: puerpera si quãdo marem edidit: primos cibos gladio iponit mariti inq; os puuli summo mucrone auspiciũ alimentorũ leuiter infert: & gentilibus uotis optat: nõ aliter quã in bello & inter arma mortẽ oppetat. Qui student cultu: dẽtibus marinantium beluarũ insigniunt ensium capulos. Candicant enim ad eburneã claritatẽ. Nam p̃cipua uiris gloria est in tela. Apis nusquã aduectũ inde puluerem seu lapillos si q̃s sparserit inter aluearia examina: fauos deserunt. Mare qđ Hyberniã & Britãniam interluit undosum in quẽcũq; toto in aĩo. nõ nisi æstiuis pauculis diebus ẽ nauigabile. Nauigãt aut̃ Vimineis alueis: quos circũdant ambitione tergorũ bubalorum. Quãtociq; tẽpore cursus tenebit nauigantes escis abstinent: freti latitudinẽ in cẽtum uiginti milia passuũ diffundi: qui fidem ad uerũ ratiocinati sunt: estimarunt. Syllurã quoq; insulã ab ora quã gens Britãnia detinet: turbidũ fretum distinguit. Cuius hoĩes etiã nunc custodiunt morẽ uetustũ: nandinas ac nũmum refutãt: dant res & accipiunt Mutationibus necessaria potius q̃ p̃ciis parãt. Deos percolunt. Sciam futurorũ pariter uiri ac foeminae ostentant. At tanatis insula alluitur frocto gallico: a Britannia cõtinente æstuario tenui separata: frumẽtaris campis felix: & gleba uberi: nec tantũ sibi soli: uerum & aliis salubris locis. Nam cum ipsa nullo serpatur angue: asportata inde terra quoquo gẽtium inuenta sit: angnes necat. Multa & alia circũ Britãniam insulã. e. qbus Thyle ultima: In qua æstiuo solstitio sole de cancri sydere faciẽte transitum nox pœne nulla. Brumali solstitio perinde nullus dies: ut ortus iunctus sit occasui. Ultra Thylẽ accepimus pigrum esse & cõcretum mare A Calydoniã p̃montorio thylen petentibus bidui nauigatio est. Inde excipiunt Ebudes insulã: qnq; numero: quarum incolã nesciunt fruges: piscibus tantũ & lacte uiuunt. Rex unus est uniuersis. Nam quot quot sunt oēs angusta interluuie diuiduntur. Rex nihil suum habet: omnia uniuersorum: ad eq̃tatem certis legibus stringitur. Ac ne auaricia diuertat a uero discit paupertate iusticiam: utpote cui nihil sit rei familiaris. Verum alitur e publico nulla illi datur foemina p̃pria: sed per uicissitudines in quãcũq; cõmotus q̃s sit: usurariam sumit. Vnde ei nec uotum nec spes cõceditur liberorum. Secundã a cõtinenti stationẽ euntibus Orcades p̃bẽt: Sed Orcades ab ebudibus porro sunt septẽ dierum totidemq; no

etiam cursu. Numero tres uacant hoie: nō habent syluas: tantum uinceis herbis in-
 horrescunt. Cetera earū nudæ harenæ & rupes tenēt. Ab Orcadibus Thylen usq;
 qnq; dierum ac uoctiū nauigatio est. Sed Thyle larga & diutina Pomona copiosa
 est. Qui illic habitāt principio ueris inter pecudes pabulis uiuunt: deinde lacte in
 hyeme cōspargunt arborum fructus. Utuntur foeminis uulgo: certum matrimonium
 nullis. Circuitus Britāniæ quadragies octies septuaginta qnq; milia passuum sunt:
 In quo spacio magna & multa flumina sunt: fontes callidi opipare exculpti: appara-
 tus adusus mortaliū. Quibus fontibus p̄sul est Mineruæ numen: in cuius æde p̄pe-
 tui ignes nunquā canescunt in fauillas: sed ubi ignis tabuit: uertitur in globos saxo-
 os. Præterea ut taceā metallorum largā uariāq; copiam: qbus Britāniæ solū undiq;
 generum pollet uenis locupletibus. Gagates hic plurimus optimusq; lapis. Si deco-
 rem regras nigro gēmeus: si qualitātē nullius fere ponderis: si naturam a qua ardet
 oleo restinguitur: si potestatem attritu calefactus applicita detinet æque ut succi-
 num: regionem partim tenēt barbari: qbus per artifices plagarum figuras: iam inde
 a pueris uariæ aialium effigies incorporantur: inscriptisq; uisceribus hoīs incremē-
 to pigmentis notæ crescunt. Neq; quicq; magnæ patiētia loco nationes fere ducūt:
 q̄ ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.

De Hispania: Gaditauo freto Mediterraneo mari & oceano. Caput. xxxiiii.

Reuersus ad continētē res Hispanienses uocant: Terrarum plaga cōpa-
 randa optimis nullis post habēda frugum copia siue soli ubere: siue ui-
 nearum peruentus respicere: siue arborarios uelis: oī materia affluit quæ
 cūq; aut p̄cio cara est: aut usu necessaria Argētum uel aurum si requiras habet: ferra-
 riis nunq; deficit: nec cedit uitibus: uincit oleas: diuidua ē p̄ uintiis tribus. Secundo
 punico bello nostra facta: & nihil ī ea ociosum nihil sterile. Quicqd cuiuscūq; mo-
 di negat messē uiget pabulis ēt q̄ arida sunt ac sterilia rudētium materiē nauticis
 subministrant. Nō cogunt ibi sales: sed effodiunt. Depurgāt in minium nitelas pul-
 ueris: fucant uellera ut ad ruborem mirum deputēt Cocci uenenū. In lusitania p̄mō
 toriū est: qđ artabrū: alii Olisiponense dicunt: hoc coelū terras & maria distinguit:
 Hispaniæ latus finit: coelū & maria hoc mō diuidit: q̄ a circuitu eius icipiūt oceanus
 gallicus: & fons septētrionalis oceano atlātico & occasu terminatis. Ibi oppidū oli-
 siponæ ab Vlissē cōditum. Ibi tagus flumē Tagū ob harenas auriferas ceteris anni-
 bus prætulerunt: In p̄ximis: olisiponis æque lasciuunt mira facunditate: nam spirā-
 te fauonio uento cōcipiunt: & sitientes uiros aurarum spiritu maritantur. Hiberus
 annis toti Hispaniæ nomē dedit. Betis p̄uincie uterq; nobilis. Carthaginem apud
 Hiberos: quæ mox Colonia facta est: p̄oeni cōdiderunt. Tarraconē Scipiōes: ideo
 caput est p̄uinciae Tarraconensis. Lusitanum littus pollet gēma ceraunio plurimū:
 quod etiam indiciis præferunt: huius ceraunii color est. E pyropo: qualitas igni p̄-
 batur. Quem si sine detrimento sui perferat aduersus uim fulgurum creditur opitu-
 lari. Cassiterides insulæ spectant aduersum celtiberiæ latus plumbi fertiles: & tres
 fortunatæ e quibus solum uocabulum signandum fuit. Ebusus E balearibus quæ: a
 Diano abest septingenta stadia: serpentem non habet: utpote cuius terra serpentes
 fuget. Colubraria quæ sucronem uersus est: foeta est anguibus. Bocchoris regnum
 Baleares fuerunt: usq; ad euersionem frigum: Cunieulis aialibus quondā copiosa ī
 capite Beticæ ubi extremus est noti orbis terminus: insula a cōtinēti septingētis pe-
 dibus separatur: quam tyrii a rubro profecti mari erythræam peni lingua sua

Gadir idest septē noīauerunt. In hac Geryonem aīum agitaūsse plurimis monumē
tis probatur. tam & si quidem putent Herculem boues ex alia isula abduxisse: quæ
Lusitaniam contuetur. Sed Gaditanū fretum a gadibus dictum: atlanticus æstus in
nostrum mare discidium orbis immittit. nam oceanus quem graci sic nomināt: a ce
leritate: ab ocaſu solis irrumpens læuo latere Europam radit. Africam dextro. Scif
ſiſq; calpe & Abila montibus: quos dicūt colūnas Herculis: inter Mauros funditur
& hispaniā. Ac reto isti cuius. xv. Milia passuum efficit longitudo: latitudo uix se
ptem. Quodā hostio aperit lumen interni æquoris mixtum mediteraneis finibus:
quouſq; orientem procellit horum qui hispanias profundit: hibericus fertur & Ba
learicus. qui narbonensem prouinciam gallicus. Mox Lygusticus ab eo ad Siciliam
Tuscus. quem graci Ionium uel Tyrihenū itali inferū uocant. A Sicilia cretam usq;
ſiculus. Inde creticus: qui in Pamphiliam & ægyptium ptenditur mare. Quæ aqua
rum moles torto in septētrionem prius latere: anfractibus magnis iuxta græcias &
Illiryum per Helleſpontum in angustias stringitur propontidis: quæ propōtis Eu
ropam Asiāq; discriminans ad mæotidem peruenit. Causas nominum non unifor
mis dedit ratio. Asiaticum & phænicum a prouintiis dictum. ab insulis carpatium:
ægeū: Icaricum: Balearicū. Cyprium: Agentibus Aufonium: Dalmaticū. Lygusticum:
Thuscum Ab oppidis hadriaticū. Argolicū. Corinthium. Tyrium: Acaſibus homi
num myrthicum uel helespontum: Amemoria regis Ionium. A bouis transitu uel an
guſtiis etiam meatibus bouū peruiis boſphorus A moribus accolarū Euxinus Axī
mus antea appellatus Ab ordine fluenti: propontis. ægyptium pelagus Asiæ datur.
Gallicum europæ: africū libyæ: his ut quæq; proxima sunt uenerunt in partes partiū
hæc in gremiis terrarum. Oras autem extimas oceanus amplectitur: qui a littoribus
suis Arabicus: Persicus: Indicus. Aeous: Syricus: Hyrcanus: Caspius: Scythicus. Ger
manicus: Gallicus Atlanticus: Lybicus: Aegyptius dicitur. Cuius accessus incrementa
circa littora india uahementissime prouunt: maximosq; ibi exitus faciunt: Siue q̄
suspensus altius substollatur ui caloris: seu q̄ in ea parte orbis & fontium & flumi
num copia sit effusior. Dubitatur etiam nunc quibus ex causis intumescat oceanus:
uel quatenus cum superfluis sibi fuerit rursus in se residat: Nec in obscuro est: plu
ra pro īgeniis differentium: potius q̄ pro ueritatis fide expressa: Sed omiſſa ancipi
ti concurrentium quaestione. has opiniones probatissimas inuenimus. phisici autu
māt mundum animal esse: eumq; ex uariis elementorum corporibus conglobatum.
moueri spiritu. regi mente. Quæ utraq; diffusa per membra omnia aternæ molis uī
gorem exerceāt. Sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt specialia. Ita in p
fundis oceani nares quasdam mundi constitutas: per quas emissi anhelitus uel re
ducti modo inflent maria: modo reuocent. At hi qui ſ derum sequuntur disciplinā
contendunt meatus istos commoueri lunæ cursibus: adeo ut sic uicisitudines inter
macies aquarum & plenitudinem respiciant: ad auctus eius uel defectiōes. Neq; eo
dē semper tpe. sed pro ut illa aut mergatur. aut surgat: uariant se alternates recursus.

De Lybia. hortis hisperidum. monte Atlante. Caput. xxxv.

DE Hispania excursus in libyam: nam Bellonæ pgressus quod Beticæ op
pidum est: ultra interiācens fretum tria & triginta milia passuum tangit:
Excipit. Mauritaniam: quæ nunc colonia: & cuius primus auctor Anthe
us fuit. Porro quia in illo ambitu ægyptiū finitur pelagus: & libycum incipit pla
cuit ut Africam libyam diceremus. Quidam tamen libyam a libye Epaphi filia: Afri

cam autem ab Afro libys Herculis filio potius dictā receperūt. Lix quoq; colonia i
eodē tractu cōstituta ē: ubi Anthei regia: q; implicādis explicandisq; nexibus humi
melius sciens uelut genitus matre terra. ibidē ab Hercule extinctus ē. Nā de hortis
hesperidū & puigili dracone ne famæ licentia uulneretur fides: ratio hæc ē. flexuo
so meatu æstuariū e mari fertur: adeo sinuosis lateribus tortuosum: ut uidentibus p
cul lapsus angueos facta uertigine mentiantur. Itaq; q; hortos appellauere circūdat.
Vnde pomorū custodē interpretantes: struxerunt iter ad mendatiū fabulandi. Sed
hæc insula sinuata finibus aluei recurrentis in quibusdam æquoris spiris uel spatiis
sita præter arbores oleastri similes: & aram sacram herculi aliud nihil præfert quod
ppaget uetustatis memoriam. Verum ultra frutices aureos: & metalla frondentia il
lud maris mirum: q; solum inferiore loco licet libra depressius nnnq; accessus freti su
perlabitur. sed obstaculo naturalis repaguli in ipsis marginibus hæret unda: & inti
mis orarum superciliis sponte fluctus in girum resistunt. Ita spectando loci ingenio
nimirū planicies manet sicca q̄uis prona supueniāt æquora. Sala oppidū iminet Sa
læ flumini: ab hoc per Auctolorum gentem iter est in Atlanticas solitudines. Atlas
mons. e. media harenarum consurgit uastitate: & eductus in uiciniam lunaris circuli.
Ultra nubila caput condit: Qua ad oceanum extenditur cui a se nomen dedit. Ma
nat fontibus: nemoribus inhorrescit. rupibus asperatur. squalet ieiunio: humo nu
da nec herbida. Qua africanam contra auersus est opimus nascentibus sponte frugi
bus arboribus proceris opacissimus. Quarum odor grauis. comæ cupressi similes.
Vestiuntur lanugine: sericis uelleribus nihilo uilliore. In eo latere & hæba Euphor
bia copiosa: cuius succus ad multiplex proficit prælidium sanitatis: ad oculariāq; p
cipue claritatem. nec mediocriter percellit uim. uenenorū. Vertex semper niualis. Sal
tus eius quadrupedes ac serpentes feræ & cum his elephanti occupauerunt. Silet p
diem uniuersus: nec sine horrore secretus est. lucet nocturnis ignibus. choris ægyp
tum undiq; personatur. Audiuntur & cantus tibiariū. & tinnitus cymbalorum p orā
maritimam A lixa abest quinq; & ducentis milibus passuum. lixa a gaditano freto
centum quindecim milibus habitatus ante: ut indicat loci facies: quondā cultu exer
cita: in qua usq; adhuc uitis & palmæ extāt uestigia. Apex perseo & herculi peruius
cæteris inaccessus: ita fidē ararum inscriptio palam facit. Qua spectat ocaum inter
ipsum & flumen Anatim quadringenta sex milia passuum infames bestiis. siluæ ob
sident. Amnes circa eū non tacendi. Qui licet separētur interuallis amplioribus: trá
sierunt: tamen in quoddam Atlantici montis ministeriū. a Sana marino haustu Bam
botum. crocodillis hippopotamis refectū Ultraq; adhuc amnis qui atro colore
exit per intimas & exustas solitudines: quæ torrente perpetuo: & sole nimio: plusq;
ignito nunq; ab æstu uindicatur: hæc de atlāte: quem mauri Addirim noiant & ham
monis punici libri & nostri annales prodiderunt. Iuba etiam ptholomæi filius: qui
utriusq; mauritaniæ regno potitus ē. Suetonius quoq; paulinus summā huic cogni
tioni imposuit manū: q; ultra atlantē primus & pene solus romana signa circūtulit.
Mauritania In ea de elephātis: de pugna eorū & draconū. Prouintiis mauritaniis
tingitana quæ solstitiali plagæ obuia est: quæq; porrigitur ad internum mare exur
git mōtibus septē: q; a similitudine fratres appellati freto iminēt: hi mōtes elephātis
frequētissimi sunt. Monēt a p̄cipio hoc aiantiū genus dicere. Igitur elephāti iuxta
sensum humanū itellectū hēnt. memoria pollēt. syderū seruāt disciplinā. luna nitescē
te gregatī amnes petūt. mox asperū liquore: motibus solis exortū qbus possunt sa

19

lutant. Deinde in saltus reuertuntur. duo eorum genera sunt. Nobiliores indicat ma-
guitudo: minores nothos dicunt. Candore dentiū intelligitur iuuenta. Quorum al-
ter semp in ministerio est. alteri parcitur: ne hebetatus assiduo repercussu minus ui-
geat. si fuerit dimicandū cum uenatu præmuntur: pariter conflagunt: ut ebore dāna-
to non requirantur. Hanc enim sibi cām inesse periculi sentiūt. Oberrāt agminatim.
Natu maximus ducit agmen: atate proximus cogit sequentes. Flumen transituri mi-
nimos ante mittunt: ne maiorum ingressu alueum atterant: & profundos depressis
uadis gurgites faciant. Venerē ante annos decem. foeminae: ante qnq; mares nesciūt:
Biennio coeunt. Quinis nec amplius i anno diebus: Nō prius ad gregarium nume-
rum reuersuri q̄ uiuis aquis abluantur. ppter foeminas nunq̄ dimicant. Nulla enī no-
uerunt adulteria: Inest illis clementiæ bonum. Quippe si per deserta uagabundum
hoiēm forte uiderint: ductus usq; ad notas uias præbent. Vel si confertis pecoribus
occurritent. Itinera sibi blanda & placida manu faciunt: ne quod obuiam animal in-
terimant. At conflictu fortuito si quando puguatur: non mediocrem habent curam
sauciorū. nā fessos uulneratosq; in medium receptant. Cum captiuitate uenerint in
manus hominum: mansuescunt hausto ordeī succo. Maria transmeaturi: naues non
prius subeunt: q̄ de reditu illis sacramentum luatur. Indicos elephantes mauritani ti-
ment: & quasi paruitatis suæ cōscii aspernātur ab his uideri. Non annis decē ut uul-
gus sed biennio ut Aristoteles deffinit. utero grauescūt. nec amplius q̄ semel gignūt
nec plures q̄ singulos: uiuunt in annos trecentos. Impacientissimi frigoris. Truncos
edunt. lapides hauriunt. gratissimas in cibatu palmas habēt. Odorem muris uel ma-
xime fugiunt: Pabula etiam quæ a musculis contacta sunt recusant. Si quis casu Cha-
malontem deuorauerit uermem: elephantis ueneficū oleastro sumpto pesti mede-
tur. Durissimum dorso tergus est. uentri mollius. Setarum hirsutiæ nullæ. Inter hos
& dracones iugis discordia Deniq; insidiæ hoc astu præparantur: serpentes per se-
mitas delitescunt: per quas elephanti assuetis callibus euagātur: atq; ptermisus prio-
ribus postremos adoriuntur: ne qui antecesserint ualeant ultimis opitulari. Ac pri-
mū pedes nodis illigant: ut laqueatis cruribus impediunt gradiendi facultatem. Nā
elephanti nisi peruenti hac spirarū mora uel arboribus se uel saxis applicant. ut ni-
su ac pondere nitibundo attritos necent angues Dimicationis p̄cipua causa est: q̄
elephantis ut aiunt frigidior inest sanguis. & ob id a draconibus auidissimo torren-
te captātur astu. Deniq; nunq̄ inuadunt nisi potu grauatos: ut uenis propensius ir-
rigatis maiorem sumant de oppressis facietatem. Nec aliud magis q̄ oculos petunt:
quos solos expugnabiles sciūt. Vel interiora aurium quia is tantum locus defendi
non potest promuscide. Itaq; cum ebiberint sanguinem dum ruunt beluæ: dracones
obruuntur. Sic utrinq; fusus cruor terram imbuit: fitq; pigmentum quicquid soli tin-
xerit: quod cinabarim uocant. Elephantes Italia anno urbis conditæ quadragesimo
septuagesimo secundo: in lucanis primum bello epirotico uidit: & boues lucas in-
de dixit. Cæsariensi Colonia cæsaria inest a diuo Claudio deducta. Bochi prius re-
gia: postmodum lubæ indulgentia populi romani dono data. Inest & oppidum Si-
gna: quod habitaculum Siphaci fuit. Nec ab Icosio taciti recedamus. Hercule enim
illac transeunte uiginti: qui a comitatu eius desuerant locum diligunt. Iaciunt mœ-
nia. Ac nequis imposito a se nomine priuatim gloriaretur de condentium numero
urbi nomen datum.



Qvod est a flumine Amica Numidia datur: huius incolæ quædiu errarunt pabulationibus uagabundis nomades dicti sunt. urbes in ea quæ plurimæ nobilesque sed circa eminent. Dein chulli purpuraria: fucos tyriis uelleribus comparata. Omnis hæc regio finibus in Zeugitanum limitem desinit. Qua parte syluestris est: feras educat: quæ iugis ardua: equos alit. eximio etiã marmore predicatur. Numidici ursi forma cæteris præstant: rabie duntaxat & uillis profundioribus. Nam genitura par est quoquo loco editis eamptinus dixero. Coeunt non itidem quo quadrupedes aliæ sed apti amplexibus mutuis uelut humanis coniugationibus copulantur. Desiderium ueneris hyems suscitatur. secreti honore reueretur mares grauidas: & in hisdem licet foueis partitis tamẽ per scrobes secubationibus diuiduntur. Lucinæ illis prope ratiustempus est. quippe uterum trigebus dies liberat: unde euenit: ut præcipitata fecunditas. informes creet partus. Carnes pauillulas edunt: quibus color candidus: oculi nulli & de festina immaturitate tantum rudis sanies exceptis unguium liniamentis. has lambendo sensim figurant: & interdum ad pectoratas fouent: ut assiduo incubatu calefactæ animalem trahant spiritum. Interea cibus nullus. Sane diebus primis. xiiii. Matres in somnum ita concidunt: ut nec uulneribus excitari queant. Enixæ quaternis latent mensibus. Mox egressæ in diem liberum tantam patiuntur insolentiam lucis: ut putes obsitas cæcitate. Inualidum ursi caput. Vis maxima in brachiis & lumbis: unde interdum posticis pedibus insistent. Insidiatur aluearibus apum. maxime fauus appetunt: nec auidibus aliud quam mella captant. Cum gustauere mædragoræ mala moriuntur. Sed eunt obuiam: ne malum in perniciem conualescat: & formicas deuorant ad recuperandam sanitatem. Si quando tauros adoriuntur: sciunt quibus potissimum partibus immorentur. nec aliud quam cornua aut nares petunt. cornua ut potest defatigentur: nares ut acrior dolor sit in loco teneriore. M. Messalla consul. L. Domitius ænobarbus curulis ædilis ursos numidicos cetum et totidem. æthiopas uenatores in circo romano edidit. Idque spectaculum iter memorabiles titulos annotatur.

De Africa & in ea feris & aliis memorandis. Caput. xxxvii.



Qmnis Africa a Zeugitano pede incipit promontorio Appollinis Sardinia cõtrouersia promontorio Mercurii præcedens in frontem sicaniam inde extensa in duas prominentias. Quarum altera promontorium candidum dicitur altera quæ est in cirenaica regione phicentem uocat. ea per sinum creticum opposita cretæ insulæ: contra Tanarum laconie excurrit harenis. Catabathmon ægypto insinuata: cui proximi cyrenenses. extenditur iter duas syrtes: quas inaccessibleis uadosum ac reciprocum mare efficit cuius salis defectus uel incrementa haud promptum est deprehendere. ita incertis motibus nunc in breuia rescindit dorsuosa nunc æstibus inundatur inquietis. Ut Varro auctor est: per flabilem ibi terram uentis penetrantibus: subitam uim spiritus citissime aut remouere maria aut resorbere. Omnis hæc plaga ab æthiopia & terminis asiæ: tigris flumine: qui nilum parit ab hispania freto scinditur. latere quo ad meridiem uergit fontium iops & ifamis siti. altrinsecus quam septentrionem patitur agrum largum in agro byzæceno patet: passuum ducetis uel amplius milibus glebis ita pinguibus: ut iacta ibi semina cum incremento ceteris frugis renascatur. Externos in ea plurimos conuictasse argumentum de urbibus & locis dabimus Boron promontorium quod a glone ceditur greci aduenæ sic uocauerunt hipponem rægium postea dictum. Item hipponem alterum de iterfluente freto Diarchium nuncupatum: nobilissima oppida eques greci condiderunt. Clipeam ciuitatem Siculi extruunt: & aspida primum noiant. Veneriam etiam in qua ueneris he-

20

rycinæ religiones trãstulerunt. Athei Tripolim lingua sua signant: de trium urbium numero idest cœsa: Brate: leptis: Magnæ e Philenis fratribus a laudis cupidine gratū uocamen datū. hadrimonto atq; carthagini auctor est a tyro populus. Sed quæ sup carthagine ueraces libri p̄diderūt: hoc loco reddā Urbem istam ut Cato i oratione senatoria autumat: cū rex Lapon rerum libya potiretur: Elissa mulier extruxit domo phenix & carthadā dixit: quod punico ore exprimit nouam ciuitatem. Mox sermone uerso in uerbū punicū. & hæc Elissa & alia carthago dicta est: Quæ post annos septingentos trigintaseptē exciditur: q̄ fuerat extructa. Deinde a. C. Gracco Colonis italicis data: & Iunonia ab eo dicta: aliq̄tis per ignobilis humili & lãguido statu. Demū in claritate secundæ carthaginis interiectis centū & duobus annis. M. Antonio. P. dolobella cōsulibus enituit. alterū post urbē Romā terrarum decus. Verum ut ad africā redeā: ipsa suo cingitur angulo. Interna eius plurimæ q̄dem bestia sed principaliter leones tenent. Qui (ut Aristoteles perhibet) soli ex eo genere q̄ dentatū uocant uident: p̄tinus atq; nascuntur. horū trifariū genus scribitur. Nã breuiore & iubis crispi plarumq; ignaui sunt: & imbelles: longiores & coma simplici acres magis ac potentes. At hi quos creant pardi in plebe remanēt: iubarū inopes: pariter omnes parcut a sagina: primū qui alternis diebus potū. alternis cibum capiunt ac frequenter si cōcoctio nō est infecuta. solitæ cibationi superponūt diē. Tum q̄ carnes iusto amplius deuoratas cū grauant insertis in ora unguibus sponte p̄trahunt. Sane & cum fugiendum est: in facietate diem faciunt. Senectam defectio p̄bat dentiū Nam clamentia indicia multa sunt. prostratis parcut. In uiros potius q̄ in foeminas sauiunt. Infantes non nisi in magna fame perimunt. Nec a misericordia se parantur. Assiduis deniq; exēplis patet eos pepcisse: cū multi captiuorū aliquot leonibus obuui intacti repatriaauerint. getulæ etiã mulieris nomen Iubæ libris cōprahēsum ē: quæ obtestata occursantes feras imponis rediit. Auerfi cōeunt. nec hi tantum: sed & lynces: & cameli: & elephāti: & rhinocerotes: & tygrides. Leanae foetu primo catulos qnq; edunt. Deinde per singulos partus numerū decoquunt: annis insequētiq; Sed postremo cum ad unum materna facūditas recidit: ut ultimo: singulos p̄creent steriles fiunt in aternū. Animos leonū frons & cauda indicāt: sicut motus eq̄ni de auribus intelliguntur. Dedit enim hæc signa generosissima cuique natura. Vis summa in pectore ē: firmitas in capite p̄cipua. Cum p̄muntur a canibus cōtemptim recedunt: subsistentesq; interdum ancipiti recessu dissimulant timorem: idq; agunt: si in campis patentibus ac nudis urgeātur. Nam syluestribus locis quasi testem gnauia non reformidantes quãta possunt se fuga subtrahunt. Cum insequuntur: nisum saltu adiuuant. Cum fugiunt non ualent falire gradientes mucrones unguium uaginis corporum claudunt: ne acumina attritu tundantur. Hoc adeo custodiunt: ut nō nisi auerfis falculis currant. Septi a uenantibus obtutu terram contuentur. quo minus conspectis uenabilis terrantur. Nunq̄ limo uident minimeque se uolunt aspicere. Cantus gallinaceorum: & rotarum timent strepitus. Sed ignem magis. Leōtophonas accepimus uocari bestias modicas: quæ capte exuruntur: ut earum cineris aspergine: carnes polluta. iacta q̄ne. per compita concurrentium semitarum leones necēt. si q̄tulūcunq; ex illis sumpserint. Propterea leones naturali eas pramunt odio. atq; ubi facultas data est. morsu quidem abstinent: sed dilaniatas exanimant pedum nisibus: Spectaculum ex his Romæ primus edidit Seuola publii filius. in curuli adilitate. Hienam quoq; mittit africa cni cum spina riget: collum continua unitate flecti

nequit: nisi toto corpore circūactō. Multa de ea mira: primū q̄ sequitur stabula pa-
storum. & auditu assiduo addiscit uocamen: quod exprimere possit imitatione uo-
cis humanæ: ut in hoīem astu accitū noctu sæuiat. Vomitus quoq; mentitur huma-
nos: falsiq; singultibus sollicitos sic canes deuorat: Qui forte si uenantes umbram
eius dū insequuntur cōtigerint: latrare nequeūt: uoce p̄dita: eadē Hiena inquisitione
corporū sepultorū busta erit: p̄pterea promptius ē marē capere. Feminis enī inge-
nita est callidior astutia. Varietas multa inest oculis: oculorūq; mutatio: In quorum
pupillis lapis inuenitur. Hienium dicunt p̄ditum illa potestate. ut cuius hoīs fuerit
linguæ subditus p̄dicat futura. Verū Hiena quodcūq; aīal ter lustrauerit mouere se
nō pōt. Quapropter magicā sciētīā inesse ei p̄nunciauerūt. In æthiopiæ parte coit
cū leæna: Vnde nascitur monstrū: cui Corococtæ nomen ē. Voces hoīum & ipsa pa-
riter affectat: Nunq̄ cohibet aciē orbium. sed in obtutum sine mutatione cōtendit.
In ore gingiua nulla: dens unus atq; perpetuus: qui ut nunq̄ retūdatur naturaliter ca-
psularum modo clauditur. Interea quæ dicunt hærbatica eadem africa onagros hæ-
bet: in quo genere singuli imperitāt: gregibus feminarū æmulos libidinis metuunt:
Inde est quod grauidas suas seruant: ut in editis maribus si qua facultas fuerit: gene-
rādi spem morſu detruncant. Quod cauētes feminae in secessibus partum occulunt.
Africa serpentibus adeo facuuda ē: ut mali huius merito illi potissimum palma de-
tur. cerastæ p̄ferunt quadrigemina cornicula. quorum ostētatione ueluti esca sollici-
tatas aues perimunt. Nā reliqua corporis de industria harenis tegunt. nec ullum iu-
dicium sui p̄bent: nisi ex ea parte qua inuitatis dolo passeribus necē p̄petuā aucupē-
tur. Amphisbena consurgit in caput geminum: quorum alterum ī loco suo est: alte-
rū in ea parte qua cauda. Quæ cā efficit: ut capite uterq; sexus nitibundo serpat tra-
ctibus orbiculatis. Iaculi arbores subeunt: e quibus uī maxima turbinati penetrant
aīal quodcunq; obuiā fortuna fecerit. Scithale tanta præfulget tergi uarietate: ut no-
tarum gratia uidentes retardet. Et quoniā reptando pigrior est: quos assequi neq̄
miraculo sui capiat stupentes. In hoc tamē squamarum nitore: hyemales exuuias pri-
ma ponit. plures diuersaq; aspidum species: uerum disparis effectus ad nocendum
Dypſas siti interficit. hypnale somno necat. teste etiā Cleopatra emitur ad mortem
Aliarum uirus quoniā medelas admittit: minus famæ meretur. Hemorrhoids morſu
sanguinem elicit: & dissolutis uenarum cōmertis. q̄quid aīæ est: euocat per cruorē.
Præster quē percusserit distenditur: enormiq; corpulētia necatur: extuberatos ictus
sapium statim putredo seq̄tur. Sunt & Hammoditæ. est & Cenchris. Elephantia.
Chersidri: camæ: dracontes. postremo quātus nominum tantus mortium numerus:
Nam scorpiones: scythici: lacerti: uermibus. non serpentibus ascribūtur. Monstra
hæc si bibant: clementius feriunt. habēt affectus non temere nisi coniuges euagan-
tur. Capto altero uel occiso uter superfuerit efferatur. Subtiliora sunt capita foemi-
nis. Alui tumidiores: pestis nocentior. Masculus æqualiter teres est. sublimior etiam
mitiorq;. Igitur anguibus uniuersis hebes uisus est raro in aduersum cōtuentur. Nec
frustra cum oculos non in fronte habent sed in tēporibus adeo: ut citius audiant q̄
qd aspiciāt. De gēma heliotropio inter æthiopiā Africā. Cyprum. certamē fuit: quæ
nā mitteret generis huius eminentissimā. Dep̄hensumq; ē documētis plurimis æthio-
picā. aut libycā palmam tenere. uiridi colore ē: non ita acuto sed nubilo magis. & re-
presso stellis puniceis superspersa. Causa nominis de lapidis est effectū & potesta-
te Deiecta ī labris æneis radios solis mutat: sanguineo repercussu septa: extraq; aquā

21

Splendorem aeris abiicit & auertit. etiam illud posse dicitur: ut herba eiusdem nominis mixta & præcantationibus legitimis cōsecrata: eum a quocūq; gestabitur subtrahat uisibus obuiorum. Inter syrtes quibus terra pergentibus iter syderibus destinatur: nec aliter cursus patescit. Nam putris soli faciem aura mutat & minimo licet uento tantam diuersitatem flatus efficit: ut subinde peruersis syrtibus locorum nulla in dicia agnitioni relinquuntur. cum modo quæ fuerat tumulis ardua in ualles residūt: modo quæ uallibus pressa cetu pulueris aggerantur. Ita enim continēs natura maris uim patitur: nec interest ubi potius sint procellæ. cum ad exitium uiantium elementis congruentibus in terris flabra sæuiant in mari terræ. Vtraq; syrtes ducentis quinquaginta milibus passuum separatur. aliquando clementior: quæ minor est. Cn. deniq; Seruilio. C. Sempronio consulibus inter hæc uadosa romanam classē impune accepimus p̄fretasse. In hoc sinu Mene insula post mynturnenses paludes. C. Mario fuit latebra. Supra garamantas psylli fuerunt. cōtra noxium uirus muniti Incredibili corporis firmitate. soli morsibus anguium non interibant. & quauis dente letali appetiti incorrupta durabāt sanitate. Recentes etiam editos serpētibus offerebāt. Si essent partus adulterini matrum crimina plectebantur interitu paruulorum. Si pudici probos ortus a morte paterni sanguinis priuilegium tuebatur. Sic originis fidē p̄babant uenenis iudicātibus. Sed hæc gens interiit a Nasamonibus capta. neq; quicquid aliud præter opinionem de uestigio nominis sui psylli reliquerunt. Nasamonitē lapidē nasamones dant sanguineum uniuersum nigris uenulis adumbratum. In intimo recessu syrtis maioris circa phylenorū aras lotophagos fuisse discius. Nec incertum est A philenorū mari nō p̄cul palus est quā triton amnis influit. Vbi speculatam se artium deam crediderūt. Maior syrtis ostentat oppidū. Cyrenas uocant. quod Bathus lacedæmonius olympiade quinta et quadragesima rege martio. res romanas tenente anno post troiā captā quingentesimo & octogesimo sexto condidit. Quæ domus Calimachi poetæ fuit patria: Inter hoc oppidū & templum Hammonis milia passuum trecenta sunt: templo fons p̄ximat soli sacer. Qui humoris nexibus humū stringit fauillaticā & incespitē solidat. In qua gleba nō sine miraculo lucus uiret undiq; secus agris arenibus. Illic & lapis legitur. Hammonis uocant cornu nā ita tortuosus est & inflexus: ut effigiem reddat cornu arietis. fulgure aureo est. Prædiuina somnia representare dicitur subiectus capiti incubatiū. Et arbor est Melops nomine ex qua p̄fluit lentus humor: quem a loco Hammoniacum nominauimus. Apud cyrenenses præterea syrpe gignitur odoratis radicibus uirgulto herbido magis quā arbuto. Cuius e culmo exudat æstatis tempore pingue roscidū: idq; pascētū hircorum inheret barbulis: Vbi cum arefactū inoleuit guttis stiriacis legitur ad usum mensarū uel medelæ magis. dictum est primum lac syrpicū: quoniā manat in modū lacteū de inde usu deriuatē Lafer noiatū. Quæ germina initio barbaricæ ipressionis uastatis agris postea ob intolerandā uectigalis nimietatē: ferme penitus ipsi acole eruerunt. Cyrenis ab læua africa ē. ab dextra ægyptus: a fronte sæuū & importuosum mare. a tergo Barbarorū uarie nationes & solitudo inaccessa incultaq; & squalens: quæ Basyliscū creat malū in terris singulare. Serpens est pene ad semipedem longitudinis: alba quasi mitrula. lineatus caput: nec hominum tantum nec aliorum animantium exitiis datus. Sed terræ quoq; ipsius: quam polluit & exurit: & ubicunq; ferale sortitur receptaculum. Deniq; extinguit herbas. necat arbores ipsas: etiam corrumpit auras: ita ut in aera nulla alitum impune transuolet: infecta spiritu pestilenti. Cum moue-

tur media corporis parte serpit: media arduus est & excelsus. Sibilum eius etiam ser-
 pentes alii perhorrescunt. Et cum acceperint fugam: quæque quoquo possunt prope-
 rant. Quicquid morsu eius occiditur: non depascitur fera. non atrectat ales. Mustellis tam-
 tum uincitur: quas illic hoies inferunt cauernis: in quibus dilitescit. Vis tamen ne defuncto
 deest quidem Denique Basilisci reliquias amplo sextertio pergameni comparauerunt
 ut ædem Apellis manu insignem nec araneæ intexerent. nec alites inuolarent. cada-
 uer eius raticulo aureo suspensum ibidem locauerunt. Circa exitum syrtium illarum. Bero-
 nicæ ciuitatē alluit lethon amnis: interna ut putant inundatione præumpens. & apud
 pristinos uates latex memoratus obliuiois. hæc Beronicæ muniuit: quæ Ptolomæo
 tertio fuit nupta. & in maiori syrti locauit. Omne autem lati fundum quod iter ægy-
 ptum æthiopiæ Lybiæque diffunditur. quacunque lucis opacum est uarium imple-
 uit Simiarum genus. Nec quisquam offensus nominis cognitione grauetur. Enim ue-
 ro opere prætium est nihil omittere. in quo naturæ spectanda sit prouidentia. Vul-
 gus simiarum in his est: quas passim uidemus non sine ingenio æmulandi: quo faci-
 lius in manus ueniunt. Nam dum auide uenantium gustus affectant: relicta consul-
 to uisci unguilla. quod mendatio factum uident oculos suos obliniunt. Ita uisu ob-
 ducto: pronum est eas corripere: exultat noua luna. tristes sunt cornuto & cano sidere:
 imoderate foetus amant: adeo ut catulos facilius amittant. quos impendio diligunt:
 & ante se gestant: quoniam neglecti penes matrem semper hærent. Circopitici caudas ha-
 bent: hæc discretio est inter prius dictas. Cynocephali & ipsi sunt. e numero Simia-
 rum in æthiopiæ partibus frequentissimi. uolenti ad saltum. feri morsu. nunquam ita mansue-
 ti ut non sint magis rabidi. Inter Simias habentur & Sphynge uillosæ comis. mam-
 mis prominulis ac profundis: docilius ad feritatis obliuionem. Sunt & quas uocant Saty-
 ros facie admodum grata gesticulatis motibus inquietæ. Callitricæ toto pene aspe-
 ctu a cæteris differunt. In facie barba est. lata cauda has capere non est arduum. Sed
 proferre rarum. Neque enim uiuunt in altero quam in æthiopico hoc est suo celo.

De Nasamonibus. Caput. xxxviii.

Nter Nasamonas & trogloditas gens Amatum est: quæ salibus domos
 extruunt: quos in modum cautium e montibus excitatas ad usum ædiu ce-
 menticijs nectunt struitibus. Tanta ibi huiusce uenæ copia est: ut tecta fa-
 ciant. e. Salinis. hi sunt Amantes: qui comertia cum Trogloditis habent. Carbuncu-
 li gemmæ citra Amantes. propiores Nasamonibus Asbitæ lasere uiuunt. hoc alun-
 tur. hoc illis dulce est.

De Garamantibus. Caput. xxxviii.

Aramatum oppidum est Debris fonte miro: qui denique alternis uicibus die
 frigeat. nocte ferueat. ac per eandem uenarum comertia interdum ignito
 uapore aestuet. Interdum glaciali horrore algescat: Incredibile memoratu
 ut tam breui tempore curriculo natura tam dissonam sui faciat uarietatem. Idque quod percipiari ue-
 lit: tenebris inesse fluori illi eternam faciem credat. Qui rimetur die brumales scatebras:
 nunquam aliud existimet: quam perpetuo rigere. Unde non in merito per gentes Debris incli-
 ta est. Cuius aquæ & cælesti uertigine mutant qualitatem controuersa syderum disciplina.
 Nam cum mundum a calore uesper temperet. ab occasu incipit: ita incallescere: ut in tactu ab-
 stineas: noxiu sit contigisse. Rursus cum ortus solis incanduerit: & radiis feruefacta sint
 omnia sic glaciales euomit scaturigies: ut hauriri etiam a sitiētibus non queat. Quis ergo
 non stupeat fontem: quod friget calore: calet frigore. Garamantica regionis caput Garama

22

est: ad quā iter diu inextricabile fuit & nīmiū. Nam latrones puteos harenis operiebant: ut tēporali fraude subductis aq̄ infame & siti iter submoueret: accessus uiantium. Sed Vespasiano principe bello quod cum Oenensibus gestū est: difficultas hęc interit cōpendio spācii breuioris reperto. Garamantas. Cornelius Balbus subegit: & primus ex hac uictoria triūphauit: primus de externis utpote qui gadibus gentibus accessit ad gloriam noīs triumphalis. Armenta gentis istius obliquis ceruicibus pabulantur. Nam si recta ad pastum ora dirigant officiūt. prona in humū cornua & obnixa. Ex parte qua cercina est: accepimus Gauleon insulam in qua serpens neq; nascitur: neq; uiuit inuecta: p̄pterea iactus ex ea quocūq; gentium puluis arcet angues. Scorpiones superiactus illico perimit.

De athiopibus & mirabilibus in ea. Caput. xxxv.

AEthiopes et Atlanticę gentes Tygri. flumine diuiduntur: quā partem putant. Nili. Sic papyro uiret: sic calamo prætexitur. Animalia edit. Isdem tēporibus exundat. intra ripas tunc quoq; redit: cum cōtētus est alueo suo Nilus. Garamantici athiopes matrimonia priuatim nesciunt: Sed omnibus uulgo inuenerē licet. Inde est q̄ filios matres tantū recognoscunt. nam paterni nominis nulla reuerentia est. Quis enim uerum patrem nouerit. In hac luxuria incesti lasciuientis. Ea propter Garamantici Aethiopes inter oēs populos degeneres habentur. Nec in merito: quia afflictā castitatis disciplina successione noticiam ritu improbo perdidērunt. Nomen Aethiopum late patet in parte africana. Quā a Meroe diuidit Libya: plurimę eorū sunt & uarię nationes harum e numero Nomades. Cynocephali lacte uiuunt Serbotę longi sunt ad pedes duodecim. Azachei captos uenatibus elephantos deuorant. apud Sambales nulla est aurita quadrupes: nec Elephanti quodem his proximi: summā regię potestatis eam tradūt: de quorum moribus qdā imperite augurantur Maritimos athiopus quaternos oculos dicūt habere. Sed fides alia est. Illi deniq; quod & uident plurimū et manifestissime destinant iactus sagittarū. Occidentem uersus Agriophagi tenent: q̄ solas pantherarum & leonum carnes edunt. rege pręditi: cuius in fronte oculus unus est. Sunt & Pamphagi quibus esca ē quicquid mandi potest & oia fortuitu gignentia. Sunt Antropophagi quorū mores uocamen sonat. Cynomolgos aiunt habere caninos rictus & prominula ora. Artabatitę p̄ni atq; quadrupedes nec secus ac fere sine sedibus euagātur. Cōfines Mauritanię certo tempore locustas terrestres legunt: duratasq; falsugine in pręsidiū uitę solas habent. Sed ex illis quadagesimum æui annū nullus supergreditur. ab oceani æstu ad Meroen quam insulam amplexu primo. Nilus facit. milia passuum sex cęta triginta sunt. Ultra Meroen super exortum solis Macrobii athiopes uocantur. Dimidio enim eorū p̄tensior est quā nostra uita. hi Macrobii iustitiam colūt: amāt eq̄tatē: plurimū ualēt robore: p̄cipua decent pulchritudine. ornātur are. auro uincula faciūt. Noxiarum locus apud eos est Heliotrapeza opiparis epulis semper referctus: quibus indiscrete oēs uescuntur Nam etiā diuinitus eas augeri ferunt. Est etiā ibi lacus: quo p̄fusa corpora uelut oliuo nitescunt. Ex hoc lacu potus saluberrimus sane adeo liq̄dus ē: ut ne caducas qdē uehat frondes: sed illico folia lapsa ad fundū dimittat laticis tenuitate. Ultra hos desertę inhumanęq; solitudines adusq; arabicos sinus: Deinde in ultimis orientis monstruosę gentium facies. Alię sine naribus æquali totius oris planitie informes hēnt uultus. Aliis concreta ora sunt: modicoq; tantum foramine calamis auenarum pastus hauriunt. Non nullę linguis carent: inui

cem sermonis utentes nutibus motibusq;. **Quædam** ex istis nationibus ante Ptolomæum Latyrum regem ægypti in conitum habuerunt ignis usum: æthiopia ois ab oriente hyberno ad occidentem hybernum tenet: quicquid eius est sub meridiano cardine lucis nitet. Qui maxime uirent hyeme. A meridiana parte mons editus mari imminet in genuo igni: per æternum feruidus & inquietus iugis flagrantibus. Inter quæ incedia iugis æstus draconum magna copia est. Porro Veris draconibus ora parua: & ad morsus non dehiscetia. sed arctæ fistulæ: per quas & trahunt spiritus & linguas exerunt. Quippe non in dentibus ui sed in caudis habent: & uerbere potius quam rictu nocent. Exciditur e cerebris draconias lapis: sed lapis non est: nisi detrahatur uiuentibus. Nam si obeat: prius serpens cum anima simul euanescit duricies soluta. Vsu eius orientis reges præcipue gloriantur. quæquæ nullum lenocinium artis admittat: soliditate & quicquid in eo nobile est non manus faciunt: nec alterius quam nature candor sit quo reluceat. Auctor Sothagus: gemam hanc etiam sibi uisam scribit: & quibus interceptatur modis edocet: præstantissimi audacia uiri explorant anguium foueas. & receptus: Inde præstolati ad partem exeuntes. præteruerti quoque percitis cursibus obiiciunt gremina medicata quatum potest ad incitandum soporem. Ita somno obstitis. e capitibus excutunt lapides. & de manu hiis præceptis ausi prædā reuehunt temeritatis: Quæ locorum æthiopes tenent: feris plena sunt. e quibus quam Nabum uocant: nos Camelopardalum dicimus: collo equi similem: pedibus bubalinis. capite camelino. nitore rutilo. candidis maculis superpersi. hoc aial Romæ Cyrensis dictatoris Cæsaris primum publicatum. Isdem ferme temporibus illinc exhibita monstra sunt. Cephos appellant quorum posteriores pedes crure & uestigio humanos artus mentiuntur: priores perinde hominum manus referunt. Quæ tamē e nostris non amplius quam semel uisa sunt. Ante ludos. Cn. Pompei Rhinocerotem romana spectacula nesciebant: Cui bestiae color buxeus: in naribus cornu unicū & repandum: Quod subide attritum cautibus in mucronem excitat: eoque aduersus elephatos præliatur. par ipsis prope longitudine: breuior cruribus. naturali terrore aluum petens. quam solam intelligit ictibus suis peruiam. Iuxta Tygrum fluum Cathoblepa nascitur modica atque iners bestia. Caput prægraue ægre ferens: aspectu pestilenti. Nam qui in oculis eius offenderint: perit uitam exeunt. Formicæ ibi ad formam canis maximi: harenas aureas pedibus eruunt: quos leoninos habent. Quas custodiunt: ne quis auferat: captatesque ad necem persequuntur. Eadem æthiopia mittit Lycaonem lupum: ceruice iubatum: & tot modis uarium: ut nullum illi colorem dicant abesse. Mittit & paradrum bouum magnitudine. Bisulco uestigio. ramosis cornibus: capite ceruino. Vrsino colore: & pariter uillo profundo: hunc paradrum affirmant habitum metu uertere: & cum delitescat fieri ad similitudinem cuiuscumque rei proxima uerit: siue illa saxo alba sit seu fruteto uirens: siue quam aliam præferat qualitatem. Faciunt hoc idem in mare polypi: in terra chameleones. Sed & polypus & chameleon glabra sunt & prius est cutis leuitate: speculi modo proximantia emulari. In hoc nouum est & singulare hirsutia pili colorum uices facere. Hinc euenit: ut difficulter capi possit. Aethiopicis lupis proprium est: quod insaliendo ita nisus habent alitis: ut non magis proficiant cursu: quam meatu. Homines tamen nunquam impetunt. Bruma comati sunt. æstate nudi. Thoas uocant Hystris quoque inde loci frequentissima. Erinacis similis. spinis tergum hirsuta. Quas plerumque laxatas iaculatione emittit uoluntaria: ut assiduis aculeorum nymbis canes uulneret ingruentes: Illius cæli ales est Pegasus. Sed hæc ales equinum nihil præter aures habet. Tragopa quoque auis maior Aglius:

25

cornibus arietinis. præferens armatum caput. aethiopes legunt cynamum. Id frutetū
litu breui nascitur ramo humili & represso. nunquā ultra duas ulnas altitudinis.
Quod gracilius prouenit eximium magis ducitur. Quod in crassitudinem extube-
ratur: despectui est. Verum legitur per sacerdotes hostiis prius cæsis: Quæ cum lita
uerint obseruantur ut messis nec ortum solis nisi anticipet nec egrediatur occasum.
Quisq; principatum tenet sarmetorū aceruos hasta diuidit: quæ sacrata est in hoc
ministeriū. Atq; ita portio manipulorum soli dicatur: quæ si iuste diuisa est sponte
incēditur. Inter hæc quæ diximus nitore ceruleo hyacinthus inuenitur lapis prætio-
sus si quidem inculpabilis inueniatur. Est enim uiciis non parce obnoxius. Nā plæ-
rumq; aut uiolaceo diluitur: aut nubilo obducitur: aut albicantius in aquaticum eli-
quescit. Optimus in illo tenor: si nec densiore fuce sit obtusior: nec propensa pspi-
citate detectior: sed ex utroq; temperamento lucis & purpuræ moderatum suauiter
florem trahit. Hic est qui sentit auras: cum cælo facit mutationem: nec equaliter
rutilat. cum autem nubilosus est aut serenus dies. præterea in os missus magis fri-
get. Sculpturis certe minime accommodatus: & qui attritum resperuat: nec tamē pe-
nitus inuictus est. Nam adamante scribitur & notatur Vbi Hyacinthus: ibi & chry-
sotapsus apparet: quem lapidem lux celat. prodit obscurum. Hæc enim est in illo di-
uersitas ut nocte igneus sit: die pallidus. Ex ipso solo sumimus amathitem rubore
sanguineo ac propterea amathites uocatus.

De intimis libyæ gentibus mira. Caput. xli.



Quod ab Atlante adusq; Canopitanū hostiū panditur. ubi Libyæ finis ē
& ægyptiū limē: dictum a Canapo Menelai gubernatore ibi sepulto. In
ea insula quæ hostium Nili facit: gentes tenent dissona: quæ in auia soli-
tudinis secretum recesserunt. Ex his Atlantes ab humano ritu prorsus exulant: nulli
pprium uocabulum. nulli speciale nomen. Diris uultibus solis ortus excipiunt. Di-
ris occasus prosequuntur. Vstiq; undiq; torrentis plagæ sydere: oderunt deū lucis.
Affirmant eos somnia non uidere: & abstinere penitus ab aialibus uniuersis. Tro-
gloditæ specus excauant. illis teguntur. Nullus ibi habendi amor: a diuiciis pauper-
tate se abdicarunt uoluntaria. Tantum lapide uno gloriantur quē hexe cōtalithon
uocant: tā diuersis notis sparsum: ut sexaginta gēmarū colores ī puo eius orhiculo
deprehendantur. Isti carnibus uiuunt serpentium. ignariq; sermonis stridūt potius
q̄ loquuntur. Augulæ uero solos colunt inferos. Fœminas suas primis noctibus nu-
ptiarum adulteriis cogunt patere. mox ad perpetuā pudicitia legibus stringūt seue-
rissimis Gamphasantes abstinent proeliis. fugiunt cōmertia. nulli se externo miseri-
sinunt. Blemyas sed non eos qui uicina rubro mari incolunt. credunt truncos nasci
parte qua caput est. os tamen & oculos habere in pectore. Satyri de hoibus nihil
aliud præferunt q̄ figuram. ægypanes hoc sunt quod pingi uidemus. himam topo-
des flexis nisibus. crurum repunt potius q̄ incedunt. & pergendi usum lapsu magis
destinant q̄ ingressu. Pharusi cum Herculi ad Hesperidas pergenti forent comites
itineris: tædio hic resederunt hætenus Libya.

De Aegypto & Nili natura. Caput. xlii.



Aegyptus a meridie introrsus recedit. quoad p̄tendant aethyopes. Atergo
inferiorē eius partem Nilus circūfluit: q̄ scissus a loco cui Delta nomen ē
ad insulæ faciē spatia amplectitur interna: & incerto pene fonte decurrēs
p̄ditur ut loquemur. Originē habet a mōte inferioris Mauritania: qui Oceano p̄

pinquat. hoc affirmant libri punici: hoc Iubam Regē accepimus tradidisse. Igitur p-
tinus lacū efficit quē Nilidem dicunt. Nilū autē iam inde esse cōiectant: q̄ hoc sta-
gnū hærbas. pisces: Beluas. nihilminus p̄creet q̄ in Nilo uidemus. Ac si quādo Mau-
ritaniā. unde ei origo ē: aut niuibus densioribus. aut imbribus largioribus irrigatur:
unde incrementa exundationis in ægypto augeantur. Sed effusus hoc lacu harenis
sorbetur. Et cuniculis cæcis absconditur. Deinde in Cæsariēsi prorumpens amplior
eadem indicia præfert: quæ in exortu notauimus. Rufusq; subsidet. nec se prius red-
dit. q̄ post interualla itineris extenti cōtingat æthiopas: ubi exit nigrū facit fluuiū:
quē supradiximus esse terminū limitis africani. Astapū eum indigetes uocat. scilicet
aquā. e. tenebris profluētē: Multas magnasq; ambit insulas: Quarū plæræq; sunt tā
diffusæ uastæq; magnitudinis: ut uix eas dierū quinq; cursu prætermeet: quis concu-
tus ibi feratur. Nobilissima earū ē Meroe circum quam diuisus dextro alueo Asta-
sapes: læuo astabores nominātur. Tunc quoq; emerfus magna longinquaq; loca cū
primum occurrentibus scopulis asperatur: tantis agminibus extollitur inter obiecta
rupium: ut ruere potius q̄ manare credatur. Demumq; a Catracte ultimo tutus est.
Ita enim quædā claustra eius ægyptii nuncupauerunt. Relicto tamē hoc pone se no-
mine quo Nigris uocatur. Mox inoffensus meat Septem hostiis conditur in meri-
diem uersus. excipitur ægyptio mari. Ignari siderū uel locorum uarias de excessibus
eius cās dederunt. Alii affirmant: Ethesias nubiū densitatem illo cogere. Vnde am-
nis hic auspicatur: ipsumq; fontem superno humore sublatum: tātam inundationis
habere substantiam: quantam bibula ad liquorem nubila subministrauerint. ferunt
alii q̄ uentorem flatibus repercussus: cum fluorem solitæ uelocitatis non queat pro-
mouere: aquis in arcto luctantibus intumescat: & quanto impēsius controuersi spi-
ritus repugnauerint Tanto excelsius sublimari in altitudinis uertices repercussam ce-
leritatem: quando nec solitus extenuet cursus alueum. Et stipato iam flumine uenis
originalibus torrentium pondera superueniant. Ita concordi uiolentia hinc urgen-
tis elementi. hinc resistantibus undis exultantibus molem colligi quæ excessus facit.
Non nulli affirmant fontem eius qui phyalus uocatur: syderum motibus excitari.
extractumq; radiis candentibus cælesti igne suspendi. non tamen sine certa legis di-
sciplina: hoc est lunis cœptantibus. Verum omnem excessus originem de sole fieri.
primamq; exultantiam tumoris concipi cum per cancerum soluebatur. postmodū tri-
ginta eius partibus euolutis: ubi ingressus leonem ortus Syrios excitauerit: propul-
so omni fluore tātam uim amnis erumpere. Quod tempus sacerdotes natalem mū-
di iudicauerunt. Id est in. xiii. Calendas Augustas. & undecimum diem. Deinde reuo-
cari exitus uniuersos: cum in uirginem transeat. penitusq; inter suas ripas capere. cum
libram sit ingressus. Hoc etiam addunt pariter eum nocere. siue abundantius ex-
stuet. siue partius: quando quidem exiguitas minimum fœcunditatis apportet. Pro-
pensior copia diuturno humore culturam moretur. Maximos deinde exitus cubi-
tis eius duodeuiginti consurgere iustissimos sexdecim temperari: nec in quindecim
abesse prouentus fructuarios. Sed quicquid intra sit famem facere. Dant il-
li etiam hoc maiestatis: ut portendat futura argumentantes: quādo quidem phar-
salico bello non fuerit egressus quinque ulnas. Iam illud palam est: q̄ solus ex am-
nibus uniuersis nullas expiret auras. Dictionis ægyptiæ esse incipit Asuenæ: in
qua fines æthiopum. & inde usque dum mari intimatur Nili nomen tenet. Inter

24

omnia quæ ægyptus habet digna memoratu: præcipue bouem mirantur. Apim uocant: hunc instar colunt numinis: insignem notæ albæ macula quæ dextro lateri eius ingenta corniculantis lunæ refert faciem. Statutum æui spacium est: quod ut affuit profundo sacri fontis immerfus necatur: ne diem longius trahat: quam licebit. Mox alter nec sine publico luctu requiritur: quem repertum cætum antistites Memphym prosequuntur: ut incipiat sacris ibi initiatus sacer fieri. Delubra quibus succedit aut incumbat: mystice thalamos nominant. Dat omnia manifestatia de futuris. Illud maximum: si de consulentis manu cibum capiat. Denique auersatus germanici Caesaris dextram prodidit ingruentia: nec multo post. Cæsar extinctus est: pueri apim gregatim sequuntur: & repente uelut lymphatici uentura præcinunt. Bos illi foemina ostenditur in anno semel: & ipsa non absque certis insignibus: qua inuenta & oblata est: eadem die neci datur. Apis natalem memphytici celebrant iactu aureæ pateræ: quam proiciunt in Nili statim gurgitem. Hæc solemnitas per septem dies agitur. Quibus diebus cum sacerdotibus quasdam crocodilli inducias habent nec atque lauant. Verum. viii. die ceremoniis iam peractis uelut reddita seuiendi licentia solita resumunt atrocitatem. Crocodillus malum quadrupes & in terra & in flumine pariter ualet: linguam non habet. Maxillam mouet superiorem. Morsus eius horribili tenacitate conueniunt stipante se dentium serie pectinatim: plerumque ad uiginti ulnas magnitudinis eualescit. Qualia anseri edit oua. Metatur locum nido naturali prouidentia nec alibi foetus præmit: quæ quo crescentis Nili aquæ non possunt peruenire: In partu fouendo mas & foemina uices seruant: præter hiatum oris: armatus est etiam unguium immanitate Noctibus in aqua degit: per diem humi acquiescit Circūdatur maxima cutis firmitate: in tantum ut ictus quouis tormēto adactos tergore repercutiat. Strophilos auis paruula est: ea dum redimias escarum affectat: os beluæ huiusce paulatim scalpit & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi usque fauces facit. Quod Enhydrus cōspicatus: alterum hieumonum genus penetrat beluam: populatisque uitalibus erosa exit aluo: Est & delphinum genus in Nilo: quorum dorsa ferratas habent cristas: hi delphini Crocodillos studio eliciunt ad natandum: demesque astu fraudulento: tenera uentriū subter natantes secant: & interimunt: præterea habitant in insula nihil homines formaliter exigui sed audacia eo usque præditi ut crocodillis se offerant obuios. Nam hæc monstra fugientes insequuntur: formidant resistentes. Ergo capiuntur subactique etiam intra aquas seruiunt & per domiti metu ita obsequuntur: ut immemores atrocitatis uictores suos inæquitantis dorso uehant. Hanc ergo insulam: & hanc gentem ubicunque indicio odoris persenserint: procul fugiunt. In aqua obtusius uident: in terra acutissime: hyeme nullum cibum capiunt: quinetiam quatuor menses a coceptu brumæ media exigunt. Sinci quoque circa Nilum frequentissimi: crocodillis equidem similes: sed forma modica & angusta Verum ad opem salutarem quamlibet necessarij. Medentes quippe ex his pocula inficiunt: quibus & stupor excitetur: & ueneni uis extinguatur. Hippotamus in eodem flumine ac solo nascitur: equino: & dorso: & iuba: & hinnitu: rostro resupino unguis bifidis: aprinis dentibus cauda tortuosa Noctibus segetes depascitur: ad quas pergit auersus astu dolo: ut fallente uestigio reuertenti nullæ ei insidiæ præparentur. Idem cum distenditur nimia satietate harundines recens casas petit: per quas tam

diu oberratur: quo ad scirpium acuta pedes uulnerent: ut pro fluuio sanguinis la-
 uetur sagina plaga deinde ceno oblinat: usq; dum uulnus conducatur in cicatricem.
 Hippothamos & Crocodillos primus Romam. M. Scaurus inuexit. Circa easdem
 ripas ales est Ibis: ea serpentium populatur oua: gratissimãq; ex his escam nidis suis
 defert. Sic rarefcunt prouetus foetuum noxiorum. Nec tamen aues istæ tantũ intra
 fines ægyptios profunt. Nam quæcũq; arabicæ paludes pënatorum anguium mit-
 tunt examina quorum tam citum uirus est: ut morsum ante mors q̃ dolor sequatur.
 Sagacitate qua ad hoc ualent aues excitate in procinctũ eunt uniuersæ: & prius q̃
 terminos patrios externum malũ uastet: in aere occurfant cateruis pestilentibus ibi
 agmen deuorat uniuersum. Quo merito sacra sunt & illæsa. Ore pariunt. Nigras
 solum pelusium mittit: reliqua pars candidas. De arboribus quas sola fert ægyptus
 præcipua est ficus ægyptia: foliis moro comparanda: poma non ramis tantum ge-
 stitans: sed ex caudice usque adeo fecunditatis suæ angusta est: uno año septies fru-
 ctum efficit. Vnde pomum decerpseris: alterum sine mora protuberat. Materia eius
 in aquam missa subsidit. Deinde cum diu defederit in liquore leuior facta sustolli-
 tur: & uersa uice quod natura in alio ligni genere non recipit: fit humore sicca: pal-
 ma quoq; ægyptia dicenda res est proprie ad ipsos uocatur: ut dici oportuit: ea quæ
 gustata arcet sitim. Odor eidem qui & malis Cynodis: Sed demũ sitim sedat si pri-
 us q̃ maturuerit decerpatur. Nam si matura sumatur sensum intercipit: gressum præ-
 pedit: linguam retardat: obsessisq; officiis mentis & corporis uitium ebrietatis imi-
 tatur: ægyptium limitem ad diacæ cacumen tendit: incolunt populi qui momentum
 quo reparari mundũ admotus ferunt annuos hoc studio depræhendunt. Eligitur
 sacer lucus: in quo conspiciunt animalia diuersissimi generis: ea ubi ad statuam li-
 neam: cælestis uertigio prouecta est: sensus suos significationibus produnt: quibus
 possunt. Alia hululant: alia mugiunt: quædam striduunt: quedam rugiunt: non nulla si-
 mul confugiunt ad uolutabra: hoc argumentũ illis est magisterium ad indicium tem-
 poris depræhendendi. Idem populi ferunt. a. primis sibi gentis suæ auis traditum:
 ubi nunc occasus: quondam ibi ortũ solis fuisse. Inter ægyptias urbes numero por-
 tarum Thebæ nobiles: ad quas cõmertia arabes undiq; gentium subuehunt: Hic re-
 gio Thebaica: Abedos & ipsa nobilis olim Memmonis regia: nunc Osiridis fano
 exulta: Alexandriam & operis ipsius magnitudo & auctor Alexander macedo no-
 bilitant. Quam metatus Democrates architectus: secundum post cõditorem inter
 memorabilia locum sortitus est. Condita autem Alexandria est duodecima Spurius
 filie. C. Petilio Caii filio consulibus Romanis: haud lōge ab hostio Nili fluminis:
 quod Heracleoticonialii Canopicon appellant. Est & Pharos Colonia a Cæsare
 dictatore deducta: ex qua facibus accensis nocturna dirigitur nauigatio. Nam Ale-
 xandria insidiosa accessu aditur: fallacibus uadis: ceco mari: tribusq; tantum canali-
 bus admittit nauigantes Possideo. Thegano. Tauro: hinc igitur in portibus ma-
 chinas ad prælucendi ministerium fabricatas pharos dicunt. Pyramides turres sunt
 in Aegypto fastigiata: ultra excelsum omnem quæ fieri manu possunt. Itaq; mē-
 suram umbrarum egressæ: nullas habent umbras. Nunc ab ægypto promouea-
 mus stilum.



De Arabia de moribus populorum & multis aliis in ea. Caput. xliii:
 Ltra pelusiacũ hostiũ Arabia ē: ad rubrũ ptinēs mare: qđ Erythæũ ab
 Erythro rege psei & Andrōidæ filio nō solũ a colore appellatũ Varro

25

dicit: qui affirmat in littore maris istius fontem esse: quem si oues biberint mutant uellerum qualitatem: & antea candidæ amittant quod fuerint usq; ad haustu ac fuluo postmodum nigrescant colore. Rubri autem maris Arsmone oppidum: Verum hæc Arabia pcedit ad usq; illam odoriferam & diuitem terrâ: quâ Catabani & Scenitæ tenent. Arabes nobiles monte Cassio qui Scenitæ causas nominis inde ducunt: q; tentoriis succedunt: nec alias domos habet. Ipsa autem tentoria Cylicia sunt: ita nūcupant uelamenta caprarū pilis texta: suillis carnibus prorsus abstinent: sane hoc animalis genus si inuentum illo fuerit illico moritur: hanc Arabiam græci Eudemonem: nostri beatâ nominauerunt. Habitatur colle manufacto inter flumen Tygrum & flumen Euleum: quod ortum a medis tam puro fluore inclytum est: ut inde omnes reges non aliam q̄ eius aquas bibant. Eudemonem non frustra cognominatam hinc capeffas: q; præter odores quos creat plurimos sola thus mittit: nec tamē uniuersa. Nam in medio eius sunt Astremitæ pagus Sabæorum: a quo octo mansionibus regio thurifera disternatur. Arabia appellata est. i. sacra. Hoc enim significari interpretantur. Virgulta hæc non sunt publica: sed quod inter barbaros nouū in ius posterorum per successiones transeunt familiarum. Ergo quicūq; dominatū istius tenent nemoris. Arabice sacri uocantur. Iidem illi cum lucos istos uel metunt: uel incidunt: nō funeribus interfunt: non cōgressionibus foeminarū polluantur. hanc arborē priusq; pœnitus fides proderetur alii lentisco: alii mare Therebinto comparabant: usq; dum libris quos Iuba Rex scripsit ad Cæsarem Augusti filium palam fieret: in torto eam esse uimine: ramis ad aceris qualitatem: amigdali modo: succū fundere: incidi ortu canis flagrantissimis solibus. In iisdem salibus mirra prouenit: cuius radices ut uitium rastris proficiunt: ab lāqueationibus gaudent nudatæ pinguiori fluit lachryma: sponte manans præciosior ex ea sudor est elicitus: corticis uulnere uilior indicatur. Codex in uertiginem flexus & spinis hispidus: folium crispus licet: oliuæ tamen simile maxima altitudo extenditur ad quinque cubita proceritatis. Arabes sarmentis eius ignes fouent: quorum fumo satis noxio: nisi odore cremati stercoris occurrant: plerūq; insanabiles morbos contrahunt. Iidem Arabes legunt cynamum: quod fructum situ breui nascitur: humili & represso: nunq̄ ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenerit: eximium magis dicitur. Quod i crassitudinem extuberatum sit: inutilius habetur. Verum legitur per sacerdotes hostiis prius cæsis: quæ cum litauerint obseruatur: ut messis nec ortum solis anticipet nec egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet sarmentorum strues hasta diuidit: quæ sacrata est in hoc munus: atq; ita portio manipulorum soli dicatur. Quæ si iuste diuisa sit. radiis inflagrata incendium sponte concipit. Apud eosdē nascitur auis phenix aquilæ magnitudine: capite honorato: in conum plumis astantibus cristatis faucibus: circa colla fulgore aureo: postera parte purpureus absq; cauda in qua roseis pennis ceruleus interscribitur nitor. Probatum est quadraginta & quingentis eū durare annis. Rogos suos struit cynamis: quos prope præteam concinnat in solis urbem strue altaribus superposita. Cum huius uitam magni anni fieri conuersione rara fides est inter auctores. Quāuis plurimi eorum magnum annum non quingentis & quadraginta sed duodecim milibus. Dccc. liiii. annis constare dicant Plancio itaq; Sextio & P. Apronio consulibus: ægyptum Phenix inuolauit: captusq; anno octingentesimo urbis conditæ iussu Claudii principis in comitio publicatus est. Quod gestum præter censuram quæ manet: actis etiam urbis continetur.

Cynomolgus perinde Arabiae anis in excellentissimis lucis textit nidos e frutibus. Cynamorū: Ad quos quoniā nō est perueniri: ppter ramorum altitudinem & fragilitatem: accolæ illas cōgeries plumbatis petunt iaculis: deiectasq; præciis uendūt amplioribus: q̄ hoc cynamum magis q̄ alia mercatores probēt. Arabes longe lateq; diffusi: diuersisq; moribus uiuunt: & cultibus plurimis: crinis intonsis: mitrata capita: redimitu pari: pars rafa in cutem barba: cōmerciis student: aliena nō emunt: uendunt sua: quippe & syluis & mari diuites. Umbra quæ nobis dextræ sunt: illis sinistra: pars eorum quibus asper uictus est: angues edunt: nulla illis animi uel corporis cura: ac ppterea Ophiophagi noīantur. Ex istius littoris sinu: polycrati regi aduecta Sardonyx gēma: prima in orbe nostro luxuriæ excitauit facem. Nec multū de ea differendū puto: adeo Sardonyx in oīum uenit noticiam. Superficies eius p̄batur: si meratius rubeat: arguitur si fuerit feculentior. Medietas circuitur limite candicante. Optima est si nec colorē suum spargat i proximum: nec ipse ex altero mutetur. Reliqua nigro finiuntur. Quod si traniluceat: uitio uertitur. Si perspicuitatē arceat: proficit ad decorem. Et molochitem arabs inuenit: uirentem crassius: q̄ smaragdus: contra infantium pericula iugenta ui resistantem. Inuenit & iridem in mari rubro sicut chrystallum: sexangulatā: quæ radiis iēta solis rutilo aeris repercussu celestis arcus ex se iacit speciem Androdamantē iudem legunt arabes: nitoris argentei: lateribus æqualiter quadris: quæ de adamante nō nihil mutuatum putes. Datum illi nomen ex eo cēsant: q̄ animorum callentiū mollit ipetus: & tumentes refrenat iras: Pederotem etiā arabicū inde sumimus. Arabica aspectu eburnea est: radios abnuit: cōtra neruorum molestias prodest habentibus. In pederote cōgruit quicquid eximium est quadā decoris prærogatiua: chrystallnū lucet: rubet purpuram. Orarū ex timis corona crocea uelut e liquido renitente. At suauitate oculos afficit. Visum illicit: detinet intuentes: hac etiam gratia indis placet: hoc Arabiae sat est: hinc ad Pelusium repatriemus.

De Cassio monte Pompei tumulo & Andromede uinculis. Caput. xliiii.

IN Pelusio. Cassius mons est: & delubrum Iouis Cassii: atq; ita Ostragine locus Pompei magni sepulchro inclytus. Idumea inde incipit palmis opima. Deinde Iope oppidum antiquissimum orbe toto: utpote ante inundationem terrarum conditum: Id oppidum saxum ostētat: quod uinculorum Andromedæ uestigia adhuc retinet: quā expositam beluæ non irritus rumor circūtulit. Quippe ossa monstri illius. M. Scaurus inter alia miracula in ædilitate sua Romæ publicauit. Annalibus nota res est. Mensuræ quoq; ueracibus libris cōtinentur: scilicet q̄ costarum lōgitudō excesserit pedes quadraginta. Excelsitas elephantibus fuerit idicis eminentior porro uerticuli spinæ ipsius latitudine semipedē sint suppressi.

Iudæa. In ea de Asphaltide lacu: de balsamo & gente Esenorū. Caput. xlv.

Iudæa illustris est aquis: sed natura nō eadē aquarum oīum. Iordanis amnis eximie suauitatis panea de fonte demissus: regiones præterfluit amoenissimas. Mox in Asphaltidem lacum mersus stagno corrūpitur: qui Asphaltitis bitumen gignit: aīal non habet: nihil in eo imergi potest: tauri etiam camelique ipune ibi fluitant: est & lacus fara extēsus passuum. xvi. milibus: circūseptus urbi bus plurimis & celebribus: ipsæ par optimus. Sed lacus thiberiadis his omnibus anteponitur: salubris ingenuo haustu: & ad sanitatem usu efficaci: Iudææ caput fuit hierosolyma. Sed excisa est. Successit Iericus: & hæc desinit. Artæ

26
xerxis bello subacta. Callirhoe hierosolymis proximus fons: calore medico pbatissi-
mus: & ex ipso aquarū pconio sic uocatus. In hac terra tantum balsamum nascitur:
Quæ sylua intra terminos uiginti iugerū usq; ad uictoriā nostrā fuit. At cum Iudæa
potiti sumus: ita luci illi ppagati sunt: ut iam nobis latissimi colles sudent balsama
Similes uitibus stirpes habet: malleolis digeruntur: rastris nitescunt: aquis gaudent
amant amputari. Tenacibus foliis sempiterno inumbratur. Lignū caudicis attrecta-
tum ferro sine mora moritur. Ea ppter aut uitro: aut cultellulis osseis: sed in solo
cortice artifice plaga uulneratur. Ex qua eximia suauitatis gutta manat: post lachry-
mā: secūdum in p̄ciis locum poma obtinent: cortex tertium: ultimus honos ligno.
Longo ab hierosolymis recessu tristis simus panditur: quē de cœlo tactū testatur:
humus nigra & in cinerē resoluta. Duo ibi oppida Sodomū noiatum alterū: alterū
Gomorrū. Apud quæ pomū gignitur quod habeat licet specimen maturitatis: man-
di tamē nō pōt. Nam fuliginē intrinsecus fauillatiā ambitio tantū extimæ cutis co-
hibet: quæ uel leui p̄ssa tactu fumū exhalat: & fati scit in uagum puluerē. Interiora
Iudææ quæ occidentem cōtinentur Esseni tenēt: q̄ præditi memorabili disciplina re-
cesserunt a ritu gētium uniuersarū: maiestatis ut reor p̄uidencia ad hunc morē desti-
nati. Nullæ ibi foeminae uenere se poenitus abdicauerunt: pecuniā nesciūt: palmis ui-
ctitant. Nemo ibi nascitur nec tamē deficit hoīum multitudo: locus ipsæ addictus
pudiciæ est. Ad quē plurimi licet undiq; gentium p̄perent: nullus admittitur: nisi
quē castitatis fides & innocētia meritū p̄sequatur. Nam q̄ reus est uel leuis culpæ
quis summa ope adipisci ingressum uelit: diuinitus submouetur. Ita per imēsum spa-
cium sæculorū incredibile dictū æterna gens est cessantibus puerperiis. Engada op-
pidū infra hesenos fuit. Sed excisum est. Verūm inclytis nemoribus adhuc durat
decus lucisq; palmarum eminentissimum: nihil uel de auro uel de bello derogatum:
Iudææ terminus Massada castellum.

De Scythopoli oppido: & monte cassio & Selencia. Caput. xlii.

Ranseo Damascū: Philadelphiam Araphianā. Scythopolim primos incolas
& auctorem dabo. Liber pater cum humo nutricem tradidisset: cōdidit
hoc oppidū. Ut sepulturæ titulum etiā urbis moenibus ampliaret. Incolæ
deerant e comitibus suis. Scythas delegit quos ut aīo firmaret: ad promptā resisten-
di uiolētiam: primum loci nomē dedit. In Seleucia alter cassius mons est Antiochiæ
proximus: cuius e uertice uigilia adhuc quarta cōspicitur globus solis: & breui cor-
poris circūactu radiis caliginem dissipantibus: illinc nox: hinc dies cernitur. Talis e
cassio specula est: ut lucere prius uideas q̄ auspicietur dies.

De fluminibus Trigide & Euphrate & aliqbus gēmis. Caput. xlii.

Eufratem maior fundit Armenia: ortum supra zizaniā: sub radicibus mon-
tis: quem Cathoten accolæ noiant Scythicis p̄ximi: hic receptis in se ali-
quot ānibus cōualescit: & stipatus cōuenis aq̄s: luctatur cū Tauri montis
obiectu. Quē apud elegiā scindit: resistat licet. xii. milibus passuū latitudine: lōgisq;
excursibus dextra cōmagenē: arabiam læua relinquit: deinde prælabēs plurimas gentes
Babyloniā quondā caldeorum caput diuidit. Melopotamiam optimat annuæ iun-
dationis excessibus: adīstar annis Egypti terris superfusus iuecta soli fecunditate.
Hisdem fere temporibus quibus Nilus exit solce scilicet in parte Cancri uigesima
constituto. Tenuatur cū iam leone decurso ad extrema uirginis curricula facit transi-
tum. Quod Gnomici similibus peralleis accidere contēdunt: quos pares & cœli &

terrarū positione æqualitas normalis efficit linea. Vnde apparet ista duo flumina ad modum eiusdem perpendiculari constituta: licet e diuersis manent plagis: eadem incrementi causas habere.

De Tigride quoq; dicere hoc loco par est. Caput. xlviii.

IN Armenia regione caput tollit mire q̄ lucido cōspicuo fonte in loco edito: q̄ Elegos noīatur. Nec ab exordio statim totus est: primum pigre fluit: nec cū suo noīe. At cum fines Medorū inuectus est: tygris statim dicitur. Ita enim Medi noīant sagittam. Influit in Arethusam lacum oīa pondera sustinentē: Cuius pisces nunquā se alueo tigridis. imiscunt: sicut nec amnici pisces in stagnum trāseunt. Arethusa: p̄ quā dissimilis colore & uolucris cursu meat. Mox tauro resistente in p̄fundū specum mergitur: quē subterlabens in altero eius latere apud zomadā emicat: uluas & purgamēta plurima secū trahens: deinde idētidem abconditur: rursusq; redditur. Ad labenos: arabaq; p̄terfluit. Mesopotamiā amplectitur. Amnē nobilissimū Hydaspem accipit. Euphraten defert in sinum p̄sicum. Quæcūq; Euphraten bibunt gētes: diuerso nitent lapide: & milātis in ipso euphrates alueo legitur gēma: ad imaginē marmoris p̄conesii: nisi q̄ in medio umbilico lapidis istius: glaucū ut oculi pupilli internitet. Agada a chaldæis ad nos usq; fluit: haud facilis repertū: nisi ut p̄hibent: ipsa se capeffendā daret. Nāq; ingenita sp̄s efficacitā supermeātes naues a p̄fundo petit: & carinis ita tenaciter adcorporatur: ut nisi abrasa parte ligni separetur. Ea Agada apud chaldæos p̄pter effectus quos ex ea sciunt habetur in loco principe: ceteris p̄pter gratiā magis cōplacet iucundissime uirens. Myrrhites parthis familiaris est: hunc si uisu æstimes: myrrhæ color ē: & nō habet qd̄ afficiat: si penitus explores: & attritū incites ad calorē: spirat nardi suauitatē: In p̄side lapidum tāta copia est: tātaq; diuersitas: ut lōgum p̄ene sit ipsis uocabulis īmorari. Mithrydax sole p̄cussa coloribus uariis. Tegelitus nucleo oliuæ similis sp̄nitur: cum uidetur: sed remediis bonus uincit aliorū pulchritudinē: solutus quippe & haustus pulsus calculis renium dolores: ac uesticæ leuat. Hāmochrysos harenis auro imixtis: nūc bractearū nunc pulueris habet quadrulas Aethites & fuluus ē & tereti positione: alterū lapidem intrinsecus cohibens: cuius crepitu sonorus est: cum mouetur: q̄libet tinnitū illum nō internū scrupulum facere: sed spiritum sapiētissimū dicant: hūc æthitem zoroastres p̄fert oībus: maximāq; illi tribuit potestatē: Inuenitur aut in nidis aqlæ aut in undis oceani: In p̄side tamē plurimus. Pyrrhites fuluus est: teneriq; se uehāmētius nō sinit: ac si quādo arctiori manu p̄mitur: digitos adurit. Calazias grādinis: & candorē p̄fert: & figurā: duricia robustissima & iuncta. Echithes uipereas habet maculas. Dionysias fuscus est: rubētibus notis sparsus. Idem si aqua mixtus cōteratur: uinū flagrat: & quod in illo odore mirificū est: ebrietati resistit. Glossopetra deficiētibus lunis celo cadit: lingue similis humanæ non modice ut magi ferunt ptātis: q̄ ex ea lunares motus excitari putant. Solis gēma p̄ cādida ē ad speciē fulgidi sideris: rutilosq; ex se iacit radios ueneris crines nitet: nigro iternis ductibus ostētans rufforū crinium similitudinē. Selenites trāslucet fulgore cādido melleoq; cōtinēs lunæ imagine: quē iuxta cursum astri ip̄ius perhibent diebus singulis uel minui uel augeri. Mechonites papauera exprimit. Mirmicetes reptantis fornicæ effigiæ notatur. Calcophōgos resonat & pulsata ara pudicæ seruat uocis claritatē. Siderites a cōtēplatione ferri nihil dissonat: uerū maleficus: quoq; inferatur discordias excitat. Phlogites ostētat intra se quasi flāmas æstuātes. Antracias cornu

27

scat uelut scintillantibus stellis. Enhydr os exudat ut clausam in eo putes fontanam
scaturigine m.

Cylicia Cydnus amnis: Antrū choricū: Mons Taurus: Caput. xlix.

SYlicia de qua agitur: si ut nūc ē loquamur: derogasse uidebimur fidei ue-
tustatis. Si terminos sequimur: quos habuit olim absonū ē a cōtēplatione
rerū p̄sentiū. Igitur iter utrāq; culpā factū optimū est amborū tēporum
statū p̄sequi. Cylicia antea ad pellusiū Aegypti ptinebat Lidiis: Medis: armeniis: p̄-
philia: Cappadocia sub ip̄erio cylicum cōstitutis. Mox ab Assiriis subacta ī breui-
rem modū subacta est: plurima iacet campo sinu lato recipiēs mare Isicum a tergo
montiū tauri: & Amani iugis clausa A Celice nomē trahit: quē atas pristina p̄ene
ultra aunm memoriae abscondit: hūc phenice ortū: qui ātiquior Ioue de primis ter-
rae alūnis habētur Matrē urbiū habet Tharsum: quā Danaes p̄les Nobilissima p̄-
seus locauit: Hāc urbē interfecat cydnus amnis: hūc cydnū p̄cipitari Tauro: alii deri-
uari ex alueo Choaspis tradiderūt: q̄ coaspes ita dulcis est: ut p̄sici reges q̄diu inter
ripas p̄fidis fluit: soli ibi ex eo pocula uēdicauerint & cū eūdum foret p̄egre: aquas
eius secum uectitarint: ex illo parente cydnus mirā trahit suauitatē q̄cqd candidum
est: cydnum gentili lingua Syri dicunt. Vnde amni huic nomē datū Tūmet autūno
& uere: cum niues soluuntur reliquis anni temporibus tenuis est & quietus: circa co-
rycum cyliciae crocum plurimum optimūq; det licet Sicilia: det cyrena: det & lycia:
hoc primum est. Spirat fragrantius: colore plus aureo est Succi ope citius proficit
ad medelam. Ibi coricos oppidum est: & specus. qui montem ip̄ositum mari a sum-
mo cauat uertice. patulus hyatu āplissimo. Nā deiectis lateribus ī terrae p̄fundū ne-
moroso orbe āplectitur: media inanitate uirēs: introrsus lucis pendētibus. Descēsus
in eū p̄ duo milia & q̄ngēta passuū nō sine largo die hīc īde fontiū assidua scaturi-
gine: ubi p̄uentū ad ima primi sinus: alter rursus specus panditur: q̄d antrū lucis pri-
mū patet faucibus: postmodū in p̄cessu p̄ angustias obscuratur. In eo sacrū ē Iouis
fanū: in cuius recessu intimo Typhonis gigantis cubile positū q̄ uolunt credūt: He-
liopolis antiquū oppidū cyliciae fuit: patria Chrisippi stoicæ sapiētiae potentissimi:
q̄d a Tigranne armeniae subactū & diu solū p̄opeiopolim deuiētis cylicibus. CN.
magnus cognomauit. Mons taurus ab indico primo mari surgit: deinde a scopulis
celidoniis inter aegyptiū & p̄aphiliū pelagus obiectus: septētrioni dextro. latere: lae-
uo meridianae plagae: occidenti obuersus frōte p̄fusa palā ē terras eū cōtinuare uo-
luisse penetrato mari. nisi p̄fundis resistantibus ostēdere radices suas uetaretur. de-
niq; q̄ periclitatur naturas locorū tēptare eius oēs exitus p̄mōtoriis p̄bat. Enī quo
quorsum mari abluitur: p̄cedit ī p̄minētias: sed mō intercluditur pheniceo: mō pon-
tico sinu: interdū caspio: uel hircano: q̄bus retinētibus subinde fractus cōtra m̄oti
cū lacū flectitur: multisq; difficultatibus fatigatus: riphais se iugis annectit: p̄ gētū
& linguarū uarietate plurifariā noiatus: Apud Indos lamus. mox p̄phanisus: choa-
tras: apud parthos. post Niphates: Inde taurus: atq; ubi ī excellētissimā sublimitatē
Caucasus. Interea etiā a populis appellationē trahit. ab dextro latere caspius dicitur
uel hyrcanus: a laeuo amazonicus. Mosochius: Scythicus. ad hāc uocabula hēt alia
multa. ubi dehiscit hiulcis iugis facit portas: quarū primae sunt armeniae: tum caspiae
post cyliciae. In graciā uerticē erexit. ubi ceraunius p̄dicatur a ciliciae finibus asiaticū
limitē diuidit: q̄tus meridiē uidet: sole inastuat q̄cqd septētrioni oppositū est: uēto
tūdatur & pruina. quo syluestris ē efferatur multis bestiis & leonibus īmanissimis.

Lycia. In ea mons chymera. Caput. l.

Quod in cāpania uesulus: in Sicilia ætna: hoc in lycia mons chymera ē: hic mons nocturnis æstibus fumidū exhalat: & quomō natura ibidē subest ignea: Vulcano urbē p̄ximā Lycii dicauerunt: quā de uocabulo sui noīs Ephesiā uocant. Olympus quoq; inter alia ibi oppidū fuit nobile: sed intercidit: nūc castellum est: infra qđ aquæ regiæ ob insigne floris spectaculo sunt uiscētibus.

De Asia: phrygia: lidia: Tetudrania. In his de urbe Epheso: de monte Neumāta de illustribus uiris: de homeri & hesiodi tēporibus: de aiali Bonaco: de sepulchris Aiācis & Mēnonis: de Mēnonis auibus: de Chamæleonte uerme: de Ciconia: de origine Calathariæ. Caput. li.

Sequitur Asia: sed nō eam Asiā loquor: quæ in tertio orbis diuortio terminos ānes hēt: Ab ægyptio mari Nilū: a mæotico lacu Tanaim: uerū eā quæ a telmessō lyciæ incipit: unde & carpatius auspicatur sinus. Eā igitur Asiā ab oriēte lycia includit: & phrygia ab occidēte: ægæa littora a meridie mare ægyptiū: paphlagonia a septētriōe. Ephesus in ea urbs clarissima est: Epheso decus tēplū Dianæ: amazonū fabrica adeo magnificū: ut Xerxes cū oīa asiatica tēpla igni daret: huic uni peperit. Sed hæc Xerxis clāmentia sacras ædes nō diu a malo uindi cauit: nāq; Herostatus ut nomē memoria sceleris extēderet: incēdium nobilis fabricæ manu sua struxit: sicut ipse fassus est uoto adipiscēdæ famæ latioris: Notatur ergo eadem die cōflagrauisse tēplum Ephesū: qua Alexander magnus natus ē: quod cū postmodū ad cultum augustiorē Ephesii reformarēt: faber opi Dinocrates p̄fuit: quē Dinocratē Alexandri iussu alexandriā in ægypto iam metatū supra exposuimus. Nusq; orbe toto tā assiduos terremotus: & tā crebras usum demersiones: q̄ in asia eē cladibus asiaticis patuit: cū Tiberio principe urbes duodecim simul una ruina occiderint: Ingenia asiatica inclyta per gētes fuere. Poetæ anacreon. Inde Mimnermus & Antimachus: deinde Hipponax: deinde Alcæus: inter quos etiā Sappho mulier. At historiæ cōditores Xanthus: Hecateus: Herodotus: cum qbus Ephorus: & Teopōpus. Nam de septē sapiētia p̄ditis Bias: Thales: Pythacus: Cleātes stoicæ eminentissimus: Anaxagoras naturæ indicator: Heraclitus etiam subtilioris doctrinæ arcanis imoratus.

De Phrygia. Caput. lii.

Phrygia asiā excipit: in qua Coelene: quæ antiquato priore noīe in Apamea trāsit oppidū a rege Seleuco postmodū cōstitutum. Isthic marsius ortus: istic & sepultus: unde qui p̄ximat fluuius marsias dicitur: nam sacri legi certaminis factū & audaces in deū tibias testatur nō p̄cul a ualle: quæ euentum gestæ rei signat & ab Apamea decem milibus passuū sepata Aulocrene usq; adhuc dicitur ex arce huiusce oppidi Mæander ānis caput tollit: qui recurrētibus ripis flexuosus inter Cariam & Ioniam p̄cipitat in sinu qui Myletū diuidit & prienen. Ipsa phrygia troadi supiecta est Aglonia parte Galatiæ collimitanea: meridiana lychaonia: psidia Migdoniæq; cōtermina. Eadē ab oriente uicina lydiæ: a septētrione Meisæ: chariæ: a pte qua dies medius est mons lydiæ Tmolus croco florētissimus: amnis Pactolus quē aurato fluore in citū aliter Chrysorhoā uocat: In his locis aīal nascitur qđ Bonachon dicūt: cui taurinū caput ac deinceps corpus omne: tantū iuba eqna: cornua aut ita multiplici flexu in se recurrētia: ut siqs in ea offendat: nō uulneretur: sed qcqd p̄sidii monstro illi frons negat: alius sufficit: nā cū i fugā uertitur: pluuia citi uentus simū egerit per lōgitudinē triū iugerū: cuius ardor qcquid attige

Comimora
Linus in
de hist. nat.
Phrygia p̄ter
dam inueni
aliū nā ut sole
irradiante
onimū gutt
quā mltante
Lacrimen

rit: egerie noxia summonet insequētes. Myletos Ioniae caput Cadmi olim domus: sed eius qui primus inuenit p̄sae orationis disciplinā nō longe Epheso Colophon ciuitas nobilis oraculo clari Apollinis: unde haud p̄cul minas surgit: cuius uertices de nubibus superuolātibus futurae tēpestatis significant qualitatem. Caput Maonia Sipylus excipit Tantalus antea dictus: & in illā uocabuli memoriā orbitatibus datus Niobe. Smyrnā Melas circūfluit. Inter flumina asiatica facile praecipuus amnis. Smyrneos uero cāpos fluius hermus secat: qui ortus Dorilao phrygiae phrygiā scindit a Caria. Hunc quoq; hermū fluctibus aureis aestuasse antiquitas credidit Smyrna unde p̄cipue nitet Homero uati patria ex itit: q̄ post Ilion captus fuit Anno. cclxxii. Agrippa sylvio Thyberini filio Albæ regnāte anno āte urbē cōditā. c. lx. inter quē & Hesiodū poetā qui in auspiciis olympiadis primae obiit. cxxxviii. anni interfuerūt. In Rhetao littore Atheniēses & Mytilenii ad tumulū ducis Thessalli Achillion oppidū cōdiderūt quod p̄pe modū interit: deinde interpositis. xl. ferme stadiis in altero cornu eiusdē littoris ab honorē salaminii aiacis alterū oppidū cui Acantio datū nomē rhodii extruxerunt. At iuxta ilium Memnonis stat sepulchrum ad qd̄ sempiterno ex Aethiopia cateruatim aues aduolāt: quas iliēses Memnonias uocāt Crumētius auctor ē has Eas dē āno q̄nto in Aethiopia cateruatim coire: & undiq; uersum quo usquā gētiū sint ad regiā Memnonis cōuenire. Mediterranea quae sunt supra Troadis ptē Theothrania tenet regio: q̄ prima. Mesorū fuit patria hac. Theotrania cayco flumine p̄ oēm asiam chamelaon plurimus aīal: quadrupes facie qua lacertae: nisi crura recta & lōgiora uentri iungerētur: p̄lyxa cauda: Eadēq; in uertiginē torta: hamati unguēs: subtili aduncitate: incessus piger: & fere idē qui testudinum motus: corpus aspeū: cutem qualē in crocodillis dephendimus: subducti oculi & recessu cōcauo introrsum recepti: quos nunq̄ nictatione obnuit: uisus deniq; nō circulatis pupillis: sed obtutu rigidi orbis itentat: hyatus eius aeternus: ac sine ullius usus ministerio: q̄ppe q̄ cū neq; cibū capiat: neq; potu alatur: neq; alimēto alio quā haustu aeris uiuat: color uarius & in momento mutabilis: ita ut cuiuscūq; rei cōiunxerit cōcolor ei fiat: Colores duo sunt: quos fingere nequaquā ualet: rubrus & cādidus ceteros facile mentitur: corpus pene sine carne: uitalia sine liene: nec nisi in corculo paxillū sanguinis dephenditur: latet hyeme: p̄ducitur uere: ipetibilis est coraci: a quo cum iterfectus est: uictorem suum perimit iterēptus. Nā si uel modicum ales ex eo ederit: illico moritur. Sed corax habet p̄sidium ad medelā natura manum porrigente. Nā cum afflictum se itelligit: sumpta frōde laurea recuperat sanitatē. Pithonoschomos est in Asia: locus in campis patentibus: ubi primo aduentus sui tempore ciconiae aduolāt: & eā quae ultima aduenerit laniant uniuersae: aues istas ferunt linguas nō habere. Verum sonum quo crepitant oris potius q̄ uocis esse: eximia illis inest pietas: & enim quātum temporis ipenderint: foetibus educandis: tantum & ipsae a pullis suis inuicem aluntur. ita enim impense nidos fouent: ut incubitus assiduitate plumas exuant. Nocerī eis: oībus qdē locis nefas ducūt: sed ī Thessalia uel maxie ubi serpentū imanis copia est: quos dū escādi gratia isectātur regiōibus thessalicis plurimum mali detrahunt. Galatiam in primis saeculis priscae Gallorum gentes occupauerunt: Tolos: Bocci: Veturi: Ambitoti: quae uocabula adhuc p̄manent: quamnis Gallatia unde dicta sit: ipso sonat nomine.

Bithynia: in ea Annibalis exitus. Caput. liii.

Ithynia in Ponti exordio ad partē solis orientis aduersa Thraciæ opulēta
b ac diues urbium: a fontibus Sangarii fluminis primos fines habet: atē Be
brycia dicta: deinde Mygdonia. Mox a Bithyno rege Bithynia. In ea pru
siadē urbē & alluit hylas flumen: & perspargit hylas lacus: in quo residisse credunt
delicias Herculis hylam puerum nymphis rapinā: in cuius memoriā usq; adhuc so
lēni cursitatiōe lacum populus circuit: & hylā uoce clamāt. In bithyno quoq; agro
libyssa locus Nicomediæ: p̄ximus: sepulchro Annibalis famæ datus: q̄ post cartha
ginense iudiciū transfuga ad regē Antiochum: deinde post Antiochi apud Termo
pylas pugna: tam malā fractumq; regē fortunæ uicibus in hospitem Prusiæ deuolu
tus ne traderetur Tito quinto: ob hanc cām in Bithyniam missō captiuus usq; Ro
mā ueniret ueneni mali poculo aiām expulit: & a romanis se uiculis morte defendit

De ora pontica. Caput. liiii.

P In ora pontica post Bosphori fauces: Et Rhesum amnē: portūq; calpas
Sagaris fluius ortus in phrygia dictusq; a plerisq; Sāgarius exordiū fa
cit maris: andini sinus: in quo oppidū heraclea appositū Lyco flumini &
Acone portus: qui p̄uētū malorū germinū usq; eo celebris ē: ut noxias hærbas aco
nita illinc nominemus: p̄ximus inde Acherusius specus: quem foraminis cæci p̄fun
do adusq; inferna aiunt patere.

De Paphlagonia. Caput. lv.

P Aphlagoniā limes a tergo gallaticus amplectitur: ea paphlagonia carim
bi p̄montorio spectat Tauricā: cōsurgit Cythero monte: porrecto ī spa
tium trium & sexaginta miliū: īsignis loco heneto: a quo ut cornelius ne
pos phibet paphlagonēs in Italiā transuecti mox ueneti sunt noiati. Plurimas in ea
regione urbes Mylesii cōdiderunt Eupatoriā Mithridates: quæ subacta a Pompe
io pompeopolis est dicta.

De Capadocia: & in ea de equis. Caput. lvi.

C Apadocia gentiū uniuersarū quæ pontum accolunt p̄cipue itrouersus re
cedit: latere læuo utraq; armenias & Comagenē simul trāsit dextro plu
rimis Asiæ populis circūfusa. Attollitur ad Tauri iuga & solis ortū: p̄te
rit Lychaoniā: Psydiam: Cyliciam. Vadit super tractū Syriæ Antiochiæ parte regio
nis alterius in Scythiā p̄tendēs: ab Armenia maiore diuisa Euphrate amne. Quæ ar
menia unde pamthydri montes sunt auspicantur. Multæ in Capadocia urbes inely
tæ: uerū ut ab aliis referamus pedē coloniā Archelaidē quā deduxit Claudius Cæ
sar: Halys p̄terfluit Neo cæsaream fluius Lycus alluit. Melitam Semiramis cōdidit
Margazam sub Argæo sitam capadoces matrē urbium numerant. Qui Argæus ni
ualibus iugis arduus nec æstiuo q̄dem torrēte pruinis caret. Quēq; idigenæ popu
li habitari deo credūt. Terra illa ante alias altrix equorū: ex p̄uētū eq̄no accomoda
tissima est. Quorū hoc ī loco īgenium reor p̄sequēdum. Nā eq̄s iēsse iudiciū docu
mētis plurimis patefactū est. Cū iam aliquot inuēti sint: q̄ nō nisi primos dominos
agnoscerēt: oblitū mansuetudis: si quando mutassent cōsueta seruicia: inimicos p̄tis
sue norūt: adeo ut inter p̄lia hostes morsu petant. Sed illud maius ē: q̄ rectoribus
p̄ditis quos diligebant: accerferunt famæ mortē: Verū hi mores in genere equorū
p̄stantissimo repiuntur. Nam q̄ īfra nobilitatē sunt sati: nulla documēta sui p̄buerut
Sed ne qd uideamur dicēdi licētia cōtra fidē arrogasse: exēplum frequens dabimus
Alexandri magni equus Bucephalus dictus: siue de aspectus toruitate: seu ab īsi
gni q̄ taurinum caput harmo inustum gerebat: uel q̄ de frōte eius q̄dam extātium

29

corniculorum minæ ptuberabant: cum ab equario suo alias etiã molliter federetur: accepto regio stratu neminẽ unq̃ aliũ p̃ter dominũ uehere dignatus est. Documenta eius in p̃liis plurima sunt: q̃bus Alexãdrum e durissimis certaminibus sospitẽ opera sua extulit. Quo merito effectũ ut defuncto in India: exeq̃as res duceret & sup̃mis sepulchrum daret. Urbẽ etiã cõderet: quã in noĩs memoriã Bucephalum noĩauit. Equus. C. Cæsaris nullum p̃ter cæsare dorsi recepit. Cuius primores pedes facie ue stigii humani tradũt fuisse: sicut ante ueneris genetricis simulachrum: eadẽ hac effi gie locatus est. Regẽ Scytharũ cum singulari certamine iteremptum: aduersarius uĩ ctor spoliare uellet: ab equo eius calcibus morsusq; laniatus est. Agrigentina etiã re gio frequẽs est equorũ sepulchris: qđ sup̃mitatis munus merito datũ credunt. Vo luptatẽ his inesse Cyrci spectacula pdiderunt. Quidã enim equorũ cantibus: tibia rum qđdam: saltationibus qđdam: colorum uarietate: nō nulli etiã accensis facibus: ad cursus puocantur. Affectum eq̃num lachrymã pbant. Deniq; interfecto Nicome de Rege equus eius uitam inedia expulit. Cum p̃lio Antiochus Calathas subegif set: Citareti noĩe ducis qui in acie ceciderat equum ouaturus isuluit: isq; adeo spre uit lupatos: ut de industria curuatus ruina & se & equitem pariter effigeret. Inge nia equorũ & Claudii Cæsaris Cyrceses pbauerunt: cum effuso rectore quadriga: cursus amulos nō minus astu q̃ uelocitate p̃uerterent. Et post decursa legitima spa tia: ad locũ palmæ sponte cõsisterent: uelut uictoriæ præmium postularent: excusso quoq; auriga quẽ Rutimanã noĩabant: relicto certamine ad capitolium quadriga p siluit: nec ante subsistit: quãlibet obuiis occurribus ipedita: q̃ Tarpeium louem tri na dextratione lustrasset. In huiusce aĩalis genere ætas longior maribus. Legimus sa ne equum adusq; años septuaginta uixisse. iam illud nō uenit in abiguum: q̃ in an nũ tertium & trigessimũ generat: utpote qui etiã post uigesimum mittatur ab sobo lem reficiẽdam. Notatũ etiã aduertimus Opuntem noĩe equum ad Gregariã uene rem durasse in annos quadraginta. Equarũ libido: extinguitur iubis tonsis. In quo rum partu amoris nascitur ueneficium. Quod in frõtibus p̃ferunt recēs editi: furuo colore: cicatricis simile: Hippomanes noĩatum. Quod si p̃reptũ fuerit statim: neq̃q̃ mater pullo ubera pbet uellitanda. Quo q̃s acrior fuerit speiq; maioris pfundius nares meritat in bibẽdo Mas ad bella nunq̃ pducitur apud Scythas: eo q̃ foemĩæ leuare uescas etiam in fuga possint. Edunt equa ex uentis conceptos: sed hi nunq̃ ultra triẽniũ æuum trahunt:

Assyria: in ea de unguetorũ origine de arbore medica. Caput. lvi.

Assyriorũ initum A Dhiabene facit. In cuius pte abellitis regio est: quẽ lo cum uictoria Alexãdri magni nō sinit p̃teriri: Nã ibi copias Darii fudit: ipsumq; subegit. Expugnatisq; eius castris: in reliquo apparatu Regis re perit Scrinium unguetis refertũ: unde primum romana luxuria fecit igressum ad odo res pegrinos: aliquãtis per tamẽ uirtute ueterum ab illa uitiorum illecebra defensi su mus atq; adeo in tps cõsorum. P. Crassi & Iulii Cæsaris: qui edixerunt año urbis cõ ditæ q̃ngētessimo & sexagesimo quinto: ne quis ungueta inueheret pegrina: post modum uicerunt nostra uitia: & senatui adeo placuit odorum delitia: ut ea et i pe netralibus tenebris uteretur. Sicut. L. plotius fratrẽ planci his cõsulem p̃scriptum a triumuiris in salernitana latebra unguenti odor pdidit: hos terrarũ ductus excipit media cuius arbor iclaruit etiã carminibus mantuanis. Ingens ipsa & cui tale ferme: quale una edonibus foliũ est: tantũ in eo differt q̃ aculeatum spinulentis fastigiis

hispidatur. Gestat malū inimicū uenenis sapore aspero: & amaritudinis mira: odo-
ris autem fragrantis plus q̄ iocundum longe q̄ sensibile. Verū pomorum illius tanta
ubertas inest: ut onere puentus semper grauetur. Nam p̄tinus atq; poma eius ceci-
derint maturitate alia p̄tuberant. Ea q; tantū est opimitati mora: ut foetus decidant
ante nati. Usurpare sibi nemora ista optauerunt & alia nationes: per industriā trās-
lati germinis & inserti: sed beneficium soli Media: datum natura resistēte terra alia
non potuit mutuari.

De Portis Caspiis. Caput. lviij.

Caspiæ portæ panduntur itinere manufacto: longo octo milibus passuū.
Nam latitudo eius uix est plastro permeabilis. In his agustis etiā illud
inter alia difficile: q̄ p̄ciosorum laterum saxa loquētibus inter se salis ue-
nis: exundant humorē afluentissimum. Qui mox ui caloris cōstrictus uelut in gla-
tiem coit. Ita labes inuia accessum negat: præterea octo & uiginti milibus passuū:
tractus omnis quoq; inde pergitur: nullis puteis: uel fontibus: humo arida: line p̄si-
dio sitit. Tunc serpētes undiq; gētium cōuenæ a uerno statim die: illuc cōfluunt ita
periculi ac difficultatis concordia ad Caspios nisi hyeme accessus negatur.

De Loco Direum dicto. Caput. lix.

A Caspiis ad orientem uersus locus est: q̄d Direum appellatur. Cuius uber-
tati nō est q̄ uspiam cōparari queat. Quē locū circūfidunt Cabyri: Naxu-
chi: & Nyrcani. Ei p̄ximat Margame regio inclyta: coeli ac soli cōmodis:
adeo ut in toto illo lati fundiuitibus sola gaudeat. In faciem theatralem montibus
circūuenitur ambitu stadiorum mille quingētorū pene in accessa ob incōmodum
harenosæ solitudinis: quæ per cētum & uiginti milia passuū undiq; uersum circūfu-
sa est regionis huius amoenitatē: Alexāder magnus usq; adeo miratus est: ut ibi pri-
mum Alexādriam cōderet. Quā mox a Barbaris excisam Antiochus Sceleuci filius
reformauit: & de nūcupatione domus suæ dixit Seleutiā. Cuius urbis circuitus dif-
funditur in stadia septuaginta q̄nq;. In hac odores Romanos captos crassiana clade
deduxit. Et aliud in Caspiis Alexander oppidū excitat: idq; Heraclea dictū dum
manebat: sed hoc quoq; ab iisdem euersum gentibus. Deinde ab Antiocho restitu-
tum: ut ille maluit: Achais postmodū nominatum est.

De Oxo flumine a Bactris & habitatoribus circa Oxum. Caput. lx.

Oxus amnis oritur de lacu Oaxo: cuius orax hincinde Batani & Oxosta-
cæ accolunt: sed p̄cipuam partē Bactri tenent Bactris præterea est p̄pri-
us amnis Bactros. Vnde & oppidū quod incolunt Bactrū. Gentes hu-
iulce quæ pone sunt: p̄panis iugis ambiuntur: quæ aduersa Nidi fontibus terminā-
tur. Reliqua includit oxus flumē. Ultra hos panda oppidū Sogdianorū: in quorū
finibus Alexander magnus tertiam Alexādriam condidit: ad cōtestādos itineris sui
terminos: hic enim locus est: in quo primū a libero patre: post ab Hercule: deinde a
Semiramide: postremo etiā a Cyrho aræ sunt cōstitutæ. Quod p̄ximū gloriæ oēs
duxerunt: ille usq; p̄mouisse itineris sui metas. Vniuersi eius ductus dum taxat ab il-
la terrarum parte Laxatas fluius secat fines. Quē laxaten soli uocant Bactri. Nam
Scythæ Silim noīant. Hunc eundē esse Tanaim exercitus Alexandri magni credide-
runt: Verum Demodamas dux Seleuci & Antiochi satis idoneus uero auctor transf-
uectus amnem istum titulos oīum supgressus est: aliquādoq; esse q̄ Tanaim dep̄he-
dit: ob cuius gloriæ insigne: dedit nomini suo ut altaria ibi statueret Appollini Di-
dymeo: hoc est colliminium in quo limes p̄sicus scythis iungitur: quos Scythas p̄ se

lingua sua Sacas dicunt: & inuicem scythæ persas coriscos noiant: moteq; caucasum
 croncasim id est niibus candidatē. Dēsissima hic populorū frequētia: cum parthis
 legem placiti ab exordio moris incorrupta cuffodit disciplina. E qbus celeberrimi
 sunt. Massagetae Essedones. Satarchæ & Apamei: post quos imanissimis barbaris
 interiacētibus de ritu aliarū nationum pene incōstanter definitum aduertimus. Ba-
 ctri camelos fortissimos mittunt: licet arabia plurimos gignat. Verū hoc differunt:
 q arabici bina tubera in dorso habent: singula Bactriani. Nunq; pedes atterāt. Sūt
 enim illis reciprocis quibusdā pulmunculis uestigia carnulenta. Vnde & cōtraria ē
 labes ambulatibus: nullo fauente p̄sidio: ad nisum insistendi. Habentur in duplex
 ministerium. Sunt alii oneri ferēdo accōmodati: alii ad pernicitatē leues. Sed nec il-
 li ultra iustum pondera recipiunt: nec isti amplius q̄ solita spacia uolunt egredi. Ge-
 nituræ cupidine afferātur: adeo ut sæuiant cum uenerē requirunt: oderunt eqnū ge-
 nus. Sitim etiam in quadriduum tolerāt. Verum cum occasio bibēdi data est: tātum
 iplentur: quātum & satiet desideria p̄terita: & in futurum diu p̄sit. Lutulētas aquas
 captant: puras refugiunt. Deniq; nisi censiō liquor fuerit: ipsi assidua p̄culatione
 limum excitāt ut turbetur. Durāt in ānos cētum nisi forte trāstatim peregrina insolē-
 tia mutati aeris morbos trahāt. Ad bella foeminae p̄parantur. Inuētumq; est: ut desi-
 derium eis coitionis quadam castratione execaretur. putant enim fieri ualidioris: si
 a coitibus arceantur.

De Seribus & serico uelleret & attagis. Caput. lxi.

Qua ab Scythico: & oceano: & mari Caspio: in oceanum æoum cursus in-
 flectitur: ab exordio huiusce p̄age profunda niues: mox longa deserta:
 post antropofagi gens asperrima: dein spacio sæuissimis bestiis efferata:
 ferme dimidiā itineris partē in penetrabilē reddiderunt. Quarū difficultatū termi-
 num facit iugum mari iminēs: qd̄ tabin barbari dicunt: postq̄ adhuc lōginq; solitu-
 dines. Sic in tractu eius oræ quæ spectat æstiuū orientē: ultra in humanos situs pri-
 mos hoīum Seres cognoscimus. Qui aquarū aspergine iundatis frondibus uellera
 arborā adminiculo depectunt: liquoris & lanuginis tenerā subtilitatē humore do-
 mant: ad obsequium: hoc illud est sericum in usum publicum damno seueritatis ad-
 missum: & quo ostētare potius corpora: q̄ uestire: primo foeminis: nunc etiā uiris p̄-
 suasit luxuriæ libido. Seres ipsi q̄dem mites & inter se q̄etissimi. Alios reliquorum
 mortaliū coetus refugiunt adeo ut cæterarum gētium cōmertia abnuant: primū eo-
 rū fluuiū mercatores ipsi trāseunt: In cuius ripis nullo inter partes linguæ cōmertio:
 sed depositarum rerum p̄cia oculis æstimātes sua tradunt: nostra non emunt.

De gente Attacorum. Caput. lxii.

Sequitur Attanus sinus: & gens Attacorū: tēperies qbus p̄rogatiuæ mirā
 aeri clementiā subministrāt. Arcēt sane afflatum noxium colles: q salubri
 apricitate ūdiq; secus obiecti p̄hibēt auras pestilētes. Atq; ideo (ut Amo-
 nitus affirmat) par illis & hypbōreis genus uitæ est. Inter hos & indiam gnarissimi
 Cyconas locauerunt.

De India. Caput. lxiii.

A Medis mōtib; auspiciatur India: a meridiano mari porrecta: adeo fauo-
 nii spiritu saluberrima: bis in āno a statē habet. bis legit fruges: uice hye-
 mis etheluis potitur auris: hanc possidonius aduersam galliæ statuit: sane
 nec qcq; ex ea dubium. Nā Alexādri magni armis cōparata: & aliorū postmodū re-
 gū diligētia pagrata penitus cognitioni nostræ addicta ē. Magasthenes sane apud

indicos reges aliquatisper comoratus: res indicas scripsit: ut fide quam oculis subiecerat: memoria daret. Dionysius quoque qui & ipse a philadelpho rege spectator missus est gratia piclitandae ueritatis paria perdidit. Tradunt ergo in india fuisse quinquaginta milia oppidorum: praecipua capacitate: populorum nouem milium. Diu etiam credita est terra posse esse terrarum. Nec mirum sit: uel de hominum: uel de urbium copia: cum soli Indi nunquam a natali solo recesserint. India liber pater primus ingressus est: utpote qui indis subactis primus omnium triumphauit. Ab hoc ad Alexandrum magnum numeratur sex milia quadringenti quinquaginta unus: additis eo amplius tribus mensibus: habitaper reges computatione: qui centum quinquaginta tres tenuisse medium aeuum deprehenduntur. Maximi in ea amnes Ganges: & Indus. Quorum gangem quidam fontibus incertis nasci: & Nili modo exundare prohibent. Alii uolunt a Scythicis montibus exoriri. Hippanis etiam nobilissimus ibi fluuius: qui Alexandri magni iter terminauit: sicuti ara in ripa eius posita praebant: Minima gangis latitudo per octo milia passuum maxima per xx. patet: altitudo ubi uaduosissimus est mensuram centum pedum deuorat. Gargarides extimus est Indiae populus. Cuius rex equites mille: elephantos septingentos: peditum sexaginta milia: in apparatu belli habet. Indorum quidam agros exercent militiam plurimi: merces alii: optimi ditissimi que rem. p. curant: reddunt iudicia: assident regibus. Quietum ibi eminentissimae sapientiae genus est. Vitae repletos incensis rogis mortem accersere. Qui uero ferociori sectae se dederunt: & syluestrem agunt uitam: elephantos uenantur. Quibus perdomitis ad mansuetudinem: aut arant: aut uel hunt. In gange insula est populosissima & amplissima continens gentem. Quorum rex peditum quinquaginta milia: equitum quatuor milia: in armis habet. Omnes sane quicumque perditum sunt regia potestate: non sine maximo elephantorum equitum peditumque numero: militarem agitant disciplinam: Prasia gens ualidissima: phalibotram urbem incolunt. Unde quidam gentem ipsam palibothros nominauerunt. Quorum rex sexcenta milia peditum: equitum triginta milia: elephatorum octo milia: omnibus diebus ad stipedium uocat. Ultra palibothram mons Mallaeus: in quo umbrae hyeme in septentrioe: aestate in austro cadunt: uicissitudine hac durante senis mensibus. Septentriones in eo tractu: in anno semel nec ultra quoddecim dies patent (sicut auctor est Bethon) qui prohibet hoc in plurimis Indiae locis inueniri: Indo proximantes flumini uersa ad meridiem plaga ultra alios torretur calore. Denique uim sideris perdit hominum color. Motana pygmaei tenet: At hi quibus est uicinus oceanus: sine regibus degunt. Pandea gens a foemina regitur. Cui Regina primam assignat Hercules filiam. Et nysa urbs regioni isti datur Mons etiam Iouis acermoros nomine: in cuius specu nutritum liberum patrem ueteres Indi affirmant: ex cuius notabili argumento creditur: liberum patrem lasciuienti famae foeminae natum. Extra indiae hostium: sunt insulae duae: Chryse: & Argyre: adeo fecunda copia metalorum: ut plerique eas aurea sola prodiderint: & argentea: indis omnibus promissa caesaries non sine fuce cerulei: aut crocei coloris. Cultus praecipuus in gemis. Nullus funerum apparatus: praeterea (ut iuba & Archelai regum libris editum est) in quantum mores populorum dissonant: habitus quoque discrepantissimus est. Alii lineis: aliis laneis peplis uestiuntur: pars nudi: pars obscena tantum amiculati: plurimi & flexibus libris circumdati. Quidam populi adeo proceri: ut elephantos uelut equos facillima insultatione transeant: plurimis placet neque animal occidere: neque uesci carnibus: plerique tantum piscibus aluntur: & e mari uiuunt. Sunt qui proximis parentisque prius quam annis aut aegritudine in maciem eant: & itabeant: uelut ho-

stias cædunt. Deinde peremptorū uiscera epulas hēnt: qđ ibi nō sceleris sed ⁵¹ pieta-
tis loco numerant. Sūt q cū incubuere morbi procul a cæteris in secreta abeūt: nihil
anxie mortem expectantes. Astiacanorū gens laureis uiret syluis. lucis buxeis. Vitiū
uero & arborū uniuersarū: qbus græcia dulcis est: puētibus copiosa. philosophos
habent Indi gymnosophistas uocant: qui ab exortu adusq; solis occasum contentis
oculis orbem candentissimi sideris intuentur. In globo igneo rimantes secreta qua
dam. Harenisq; feruentibus perpetem diem alternis pedibus insistent. Ad montem
qui Nilo dicitur habitāt: qbus auersæ plantæ sunt: & octoni in plantis singulis digi
ti. Megasthenes per diuersos Indiæ montes esse scribit: natiōes capitibus caninis: ar
matas unguibus: amictas uestitu tergorū. Ad sermonē humanū nulla uoce sed latra
tibus tantū sonantes asperis rictibus. Apud Clesiam legitur quasdā fœminas ibi se
mel parere: natoq; canos illico fieri. Esse rursus gentem alterā: quæ in iuuetā sit ca
na nigrescat in senectute. Ultra æui nostri temporis terminos pmanentem. Legimus
monoculos quoq; ibi nasci singulis cruribus: & singulari pnicitate. Qui ubi defen
di se uelint a calore resupinati: plantarū suarū magnitudine inumbrētur. Gangis fon
tem qui accolunt nullius ad escam opis indigent. Odore uiūt pomorū syluestriū. lō
giusq; per gentes eadem illo in præsidio gerūt: ut olfatu alantur. q si tetriorem spi
ritum: forte traxerint: exanimari eos certum est: perhibent esse & gētem fœminarū:
quæ quinquēnnes concipiunt. sed ultra octauum annum uiuendi spatia nō ptrahūt
Sunt qui ceruicibus carent: & in humeris habent oculos. Sūt q syluestres: hirti cor
pora: caninis dentibus: stridore terrifico. Apud eos uero quibus ad uiuendi ratio
nem propērior cura est: multæ uxores in eadē uiri coeunt matrimoniū: & cum ma
ritus homine decesserit apud grauissimos iudices suā quæq; de meritis agunt cām:
& quæ officiosior cæteris snia uicerit: iudicantiū hoc palmæ refert præmiū: ut arbi
tratu suo ascēdat rogū cōiugis: & supremis eius semetipam det inferias Cæteræ no
ta uiuunt. Enormitas in serpentibus tanta est: ut ceruos & aiantiū alia ad parem mo
lem tota hauriant. Quinetiam oceanum indicum quātus est penetrēt. Insulasq; ma
gno spatio a continēti separatas: pabulandi petant gratia. Quod corā est potentia
amplissimæ magnitudinis fieri qua per tantā salū latitudinem ad loca pmeent desti
nata. Sunt illic multæ ac mirabiles bestia. quarū e multitudine & copia ptem perse
quemur. Leticocrota uelocitate præcedit feras uniuersas. Ipsa afini magnitudine: cer
ui clunibus: pectore ac cruribus leoninis: capite camelio Bisulca ungula: ore adusq;
aures dehiscente. dentium locis esse perpetuo. Hæc quidē ad formam. Voce autem
loquētium hominum sonos æmulantur. Est & Aeale alias ut equus cauda uero ele
phanti: nigro colore: maxillis prurigineis. pferens cornua ultra cubitalem modum:
longa ad obsequium cuius uelit motus accomodata. Neq; enim rigēt: sed deflectun
tur: ut usus exigat præliandi. Quorum alterū cum pugnat protendit: alterū replicat
ut si nisu aliquo alterius acumē fuerit obtusum: acies succedat alterius. Hippotamis
cōparatur. Et ipsa sane aquis fluminum gaudet. Indicis tauris color fuluus est. Volu
cris pernicitas. pilus in contrarium uersus. hiatus oē quod caput. hi quoq; circūferūt
cornua flexibilitate qua malint: tergi duricia omne telum respuunt. & tam immiti
ferocitate: ut capti animas proiiciant furore: Manticora quoq; noīe inter hæc nasci
tur: triplici dentium ordine: coeūte uicibus alternis. facie hoīs. glaucis oculis. sangui
neo colore. corpore leonino. cauda ueluti scorpiōis aculeo spiculata. Voce tam sibi

la ut imitetur fistularum modulos. tubarumq; continentium. humanas carnes audivi-
sime affectat. pedibus sic uiget. saltu sic potest: ut morari eā nec extentissima spatia
possint: nec obstacula latissima. Sūt præterea boues unicornes & tricorne: solidis
ungulis: nec bifidis. Sed atrocissimum est Monoceros monstrū mugitu horrido. eq-
no corpore. elephanti pedibus. cauda suilla. capite ceruino. Cornu e. media eius frō-
te protenditur: splendore mirifico: ad longitudinem pedum quatuor. Ita acutum
ut quicquid impetat: facile ictu eius perforetur. uiuus non uenit in hominum pote-
statem. & interimi quidem potest. capi non potest. Aquæ etiam gignunt miracula
non minora. Anguillas ad tricenos pedes longas educat ganges: quem status Sebo-
sus ait uermibus abundare: ceruleis nomine & colore. Hui bina habent brachia: lon-
gitudinis cubitorū nō minus senum: adeo robustis uiribus: ut elephantos ad potū
uentitantes: mordicus compræhensus ipsorum manu rapiant in profundum. Indica
maria ballenas habent: ultra spatia quattuor iugerum. Sunt & quos physeteras nū-
cupant: qui enormes ultra molem. ingentiū columnarū super antennas se nauium ex-
tollant: haustosq; fistulis fluctus ita eructāt: ut nymbose alluue plerumq; deprimāt
alueos nauigatium. Sola India mittit psythacum auem colore uiridi: torq; puniceo:
Cuius rostri tanta duricia est: ut cum e. sublimi præcipitatur in saxum: nisu se oris ex-
cipiat: & quodam quasi præsidio utatur extraordinariæ firmitatis. Caput uero tam
ualens: ut si quando ad descendum plagis sit admonendus. nam studet ut quid ho-
mines alloquantur: ferrea clauicula sit uerberandus: dum pullus est: atq; adeo intra
alterum ætatis suæ annū quæ monstrata sunt: & cicius discit: & tenacius retinet. Ma-
ior paulo segnior est & obliuiosus & in oculis. Inter nobiles & plebeios discretio-
nem digitorū facit numerus. Qui præstant quinos in pede habent digitos: ceteri
ternos. lingua lata. multoq; latior quā cæteris auibus. Vnde perficitur ut articulata
uerba penitus eloquatur. Quod ingenium ita Romanæ delitiæ miratæ sunt. ut Bar-
bari psythacos mercem fecerint. Indorum nemora in tam proceram sublimantur ex-
celsitatem: ut trāsuiaci ac ne sagittis qdem possunt: pomaria ficus habent: quatū co-
dices in orbem sexaginta passuum spatiū enorme crascescūt. Ramorum umbræ ambi-
tu bina stadia cōsumūt. foliorum latitudo forma amazonicæ peltæ comparatur: po-
mum eximie suauitatis. Quæ palustria sunt harundinem creant ita crassam: ut fixus
inter nodis: lembi uice uectitet nauigantes: e radicibus eius exprimitur humor dul-
cis ad melleā suauitatem. Thylos Indiae insula & ea fert palmos. oleas creat. Vineis
abūdat. Terras oēs hoc miraculo sola uincit: q; quæcūq; in ea arbor nascitur: nunq;
caret folio. Mons Caucasus inde incipit: qui maximam orbis partem perpetuis iu-
gis penetrat. Idem fronte quā soli obuersus est: arbores piperis ostētat: quas ad Ju-
niperi similitudinem diuersos fructus edere asseuerāt. Eorū qui primus erumpit ue-
lūt corelorū fibria: dicitur piper longum. Quod incorruptū est piper album. Quo-
rum cutem rugosam & torridam calor fecerit: nomen trahit de colore. Piper nigrū.
Qui deinde caducus torretur feruido sole: uocant. trahit de colore. Sed ut piper
sola India. Ita & hebenum sola mittit: nec tamen uniuersa. Verum exigua sui parte
sylvus hoc genus gignit. Arbor est plærumque tenuis & frequentior. Vimine ra-
ro in crassitudinem caudicis extuberata: hiulco cortice: & admodum reticulato:
dehiscentibus uenis: adeo ut per ipsos sinus pars intima uix tenui libro contega-
tur. Lignum omne atq; mediale eadem ferme & facie & nitore qui est i lapide ga-
gate: Indi reges ex eo sceptrum sumunt: & quascunq; deorum imagines non nisi

ex hebeno habet. Idem ferunt materia ista liquorem non contineri noxiu. Et quicquid ma-
 leficiu fuerit: tactu eius auert. Hac gratia pocula ex hebeno hent. Ita nihil mirum si
 pegerit sit in pto. quo etiam ipsi quibus prouenit honoratur. Hebenu ex India Romae
 Mithridatico triumpho primum magnus Pompeius exhibuit. Mittit India & Cala-
 mos odoratos: potentes aduersum intestinæ agritudinis incomoda. Dat & multa
 alia fragrantia mirifice spiritus suauitate grata. Indicorum lapidu in Adamantibus di-
 gnitas prima utpote quae lymphationes abigant. Venenis resistent: pauitantiu uanos
 metus pellant: hac primum de his praedicari oportuit: quae respicere ad utilitate uideba-
 mus. Nunc reddemus quot Adamantu sint species: & quis color: quique eximius. In
 quodam chrystalli genere inuenitur materia: in qua nascitur ad aquae similis splendo-
 rem: liquidissimum in mucronem sexangulum: utriusque secus leuiter turbinatus: nec ul-
 tra unquam magnitudine nuclei auelanæ repertus. huic proximus in excellentissimo au-
 ro deprehenditur pallidior ac magis ad argenti colorem renitens. Tertius in uenis
 cypri apparet: ppior ad aerea facie. & plurimum ualet in medicamine quae fidentes appella-
 tur. Quartus in metallis ferrariis legitur pondere ceteros antecedens: non tamen &
 potestate. Nam & hi qui in cypro deprehenduntur frangi queunt: plerique etiam ada-
 mante altero perforantur. At hi quos primos diximus nec ferro uincuntur: nec igni soluuntur.
 Verum tamen si diu in sanguine hircino macerentur: non aliter quam si calido: uel re-
 centi: uel maleis aliquot ante fractis & incudibus dissipatis. aliquando cedunt: atque in
 particulas dissiliunt. Quae fragmenta sculptoribus in usum insignienda eiusmodi
 gemmae expetuntur. Inter adamantem & magnetem est quaedam naturae occulta dis-
 sentio. adeo ut iuxta positus non sinat magnetem rapere ferrum. Vel si admotus ma-
 gnes ferrum traxerit: quasi praedam quandam quicquid magneti haerit adamas ra-
 piat atque auferat. Lichintem deinde fert India cuius lucis uigore flagrans ardor excitat
 lucernarum. Qua ex causa Lichintem graeci uocauerunt. Duplex ei facies aut in pur-
 puream emicat claritate: aut meratius suffunditur cocci rubore. per omnem intimum suum
 si quidem pura sit in offensam admittit perspicuitate. At si excidit radiis solis icta.
 Vel ad calorem digitorum attritu excitata est aut palarum cassa. aut cartharum folia ad
 se rapit. contumaciter sculpturis resistens. Ac si quando insignata est: dum signa impri-
 mit: quasi quodam animali morfu partem cerae retentat. Berillos in sexangulos for-
 mas Idi atterunt: ut hebetem coloris leuitate angulorum repercussu excitent ad ui-
 gorem. Berillorum genus diuiditur in speciem multifariam. eximii interuirente glauci et
 ceruli temperamento: quondam praefertunt puri maris gratiam. Infra hos sunt Chryso-
 berilli: qui languidius micantes aurea nube circumfunduntur. chrysoprasos quoque ex
 aureo & purpuraceo mixtam lucem trahentes: a quo berillorum generi adiudicaue-
 runt. Hiacinthozontas scilicet qui hiacynthos prope referant: & ipsos probant. Hos
 uero qui chrystallo similes capilamentis intercurrentibus obscurantur. Hoc enim ui-
 cio illorum nomen est hos scientissimi lapidum plebi dederunt. Indici reges hoc ge-
 nus gemmarum in longissimos Chylindros amant fingere: eosque perforatos elephanta-
 torum fetis subligantes monilia habent: aut plarumque ex utroque capite insertis aureis
 umbilicis ut marcentem faciem ad nitelam incendunt pinguiorem. quo per industria
 metallo hinc inde addito fulgentiorem trahunt lucem.



De Taprobane insula. Caput. lxxiii.

Aprobanen insulam antequam temeritas humana explorato penitus mari fide per-
 deret: diu orbem alterum putauerunt: & quidem eum quem habitare Anthio

nes crederentur. Verū Alexandri magni uirtus ignorantiam publici erroris nō tulit
ulterius permanere. Sed i hac usq; secreta ppagauit nois sui gloriam. Missus igitur
Onesicritus pfectus classis Macedonicæ: terram istam quāta esset. qd gigneret: quō
haberetur exploratā noticiæ nostræ dedit. patet in lōgitudinē stadiorū septem mi
lia. In latitudinem quinq; milia. Scinditur amne interfluo. Nā pars eius bestiis & ele
phantis repleta est: maioribus multo: quā quos fert India. partē hoies tenent. Mar
garitis scatet: & gemmis oibus. Sita est inter ortum & occasum. ab eo mari incipit
prætenta india. Aprasia Indorum gēte: dierum uiginti & primi in eā fuit cursus. sed
cum papyraceis & nili nauibus illo pergeretur: mox cursu nauium nostrarum septē
dierum inter factum est. Mare undosum interiacet altitudinis nō amplius senū pas
suum. Certis autem canalibus adeo altū adeo depressum ut nullæ unq; anchoræ ad
profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando syderum obseruatio
utpote ubi septētriones nequaquā cōspiciuntur: Vergiliæ nunquā apparēt. Lunam
ab octaua in sextā decimā tantum supra terram uident. Lucet ibi canapos: sydus cla
rum & amplissimum. Solem orientem dextra habent: occidentem sinistra. Obserua
tione itaq; nauigādi nulla suppetente: per quā ad destinata pergētes locum capiāt.
uehunt alites quarū meatus terram petentium regendi cursus magistros hēnt. Qua
ternis nō amplius in anno mēsis nauigatur. adusq; Claudii principatum. De Ta
probane hæc tantum noueramus. Tunc enim fortuna patefecit scīæ uiam latiore. Nā
libertus Annii Policami q tūc rubri maris uectigal administrabat Arabiā petēs:
aqilonibus pter Carmaniā raptus: qntodecimo qdem die appulsus est ad hoc litus:
portūq; inuectus: q hipporus noiatur: Sed deinde mensibus sermonē pdoctus ad
missus est ad cologa regis. Quæ cōpareat reportauit. Stupuiffe scilicet regē pecu
niā: quæ capta erat cū ipso. q tam etsi signata disparibus foret uultibus: parē tamen
haberet modū ponderis. Cuius æqualitatis cōtemplatione cū Romanā amicitiam
flagrātius cōcupiuisse. Thracia principe legatos adusq; nos misit: a qbus cognita
sunt uniuersa. Ergo iidem hoies corporū magnitudine alios oēs antecedūt. Crines
fucō imbuunt. Ceruleis oculis: atroci uisu: terrifico sono uocis. qbus imatura mors
est: in annos cētum æuum trahunt. Alii oibus annosa ætas & pene ultra humanā ex
tenta fragilitatem. Nulli aut per diē aut ante diem somnus. Noctis partē quieti de
stināt. Lucis ortum uigilia ante uertunt. Aedificia modice ab humo tollūt Annona
semper eodē tenore est. Vites nesciūt. pomis abūdant. Colūt herculem. In regis ele
ctione nō nobilitas præualet: sed suffragiū uniuersorū. Populus enim eligit specta
tum moribus & inueteratæ clamētia: & iā annis grauē. Sed hoc in eo quæritur: cui
liberi nulli sint. Nam q pater fuerit: etiā si uita spectatus est: nō admittitur ad regen
dū. Ac si forte dū regnat: pignus sustulit: exuitur potestate. Idq; eo maxime custodi
tur: ne faciat hæreditariū regnū. Deīde etiam si rex maximam præferat equitatē: no
lunt ei totū licere. Quadraginta ergo rectores accipit: ne in causis capitū solus indi
cet. Et sic quoq; si displicuerit: iudicatū ad populū prouocatur. A quo datis iudici
bus septuaginta fertur snia. cui necessario acquiescitur. Cultu rex dissimili a cæteris
uestitur. Sirmate ut est habitus: quo liberū patrē amiciri uidemus. q si etiā ipso i ali
quō peccato argutus sit: ac reuictus morte mltatur. Nō tamē ut cuiusq; attrectetur
manu. sed cōsensu publico rerū oīum iterdicta eī facultate. etiā colloq ptās punito
denegatur. Cultura studēt uniuersi. Interdū uenatibus idulgēt: nec plebeias agūt p
das. qppe cū tigrides aut elephantū tantū requirantur. Maria quoq; piscatiōe inque

tant: marinaſq; teſtudines capere gaudent quarum tanta eſt magnitudo: ut ſuperſi-
 cies earum domum faciat: & numeroſam familiam nō arcte receptet. Maior pars in
 ſulæ huius calore ambuſta ē: & i uastas deficit ſolitudines. latus eius mare alluit per
 uiridi colore fructicoſum ita: ut iuba arborum plarumq; gubernaculis atterantur
 Cernunt latus ſericū de montiū ſuorū iugis. Miratur aurū. & ad gratiā poculorum
 oīum gemmarum adhibent apparatus. Secant marmora teſtudinea uarietate. Mar-
 garitas legunt plurimas maximasq;. Cōchæ ſunt: in qbus hoc genus lapidū reſcritur.
 Quæ certo anni tpe luxuriante cōceptu ſitiunt: rorem uelut maritum: cuius diſide-
 rio hyant Et cum maxie lunares liquantur aſpergines oſcitiōe quadā hauriūt: hu-
 morem cupitum. Sic cōcipiunt: grauidæq; fiunt: ac ſagina qualitate reddūt habitus
 unionum. Nā ſi purū fuerit: quod acceperint: candidat orbiculi lapillorū. Si turbidū
 aut pallore languescunt: aut ruſſo innubilantur: Ita magis de cælo quā de mari par-
 tus habent. Deniq; quotiens excipiunt matutini aeris ſemen: fit clarius margaritum.
 Quotiens ueſpere. fit obſcurius. Quātoq; magis hauſerit: tanto magis proficit la-
 pidum magnitudo. Si repente micauerit coruſcatio in tempeſtiuo metu. cōprimun-
 tur: clauſæq; ſubita formidie uicia cōtrahunt abortiua. Aut enī per paruuli fiūt ſeru-
 puli: aut inanes. Conchis iſtis inest ſenſus partus ſuos maculari timentes Cūq; ſta-
 grātionibus radiis excanduerit dies ne fuſcetur lapides: ſolis calore ſubſidiunt: et ſe-
 p̄fundis ingurgitāt: ut ab æſtu uēdicetur: huic tamen p̄uidetiæ ætas opitulatur. Nā
 candor ſeneſta diſperit: & grandescuntibus conchis flauescunt margaritæ. lapis iſte
 in aqua mollis eſt unio duratur euſceratus Nunquā duo ſimul reperiuntur: Vnde
 unionibus nomen datum. Ultra ſemunciales inuentos negāt. piſcātium iſidias timēt
 conchæ. Inde eſt ut aut inter ſcopulos aut inter marinos canes plurimum deliteſcāt.
 Gregatim natant. Certus examini dux eſt. Illa ſi captus ſit: etiā quæ euaserint in pla-
 gas reuertuntur. Dat & idia margaritas. Dat & littus Britānicum. ſicut diuus Iulius
 thoracē quem ueneri genetrici i templo eius dicauit E britānicis margaritis factū
 ſubiecta iſcriptione teſtatus eſt. Loliā paulinā Cai principis coniugē: uulgatum eſt
 habuiſſe tunicā ex margaritis ſextertio nunc quadringentis æſtimatā. Cuius paran-
 dæ auaritiæ pater ipſius Manilius ſpoliatis orientis regionibus exaſperauit. C. Cæ-
 ſarē offendit. Auguſti filiū: iterdictaq; amicitia principis ueneno iteriit. Illud quoq;
 exp̄ſit uetus diligētia: q̄ Syllanis primum temporibus Romam illati ſunt uniones.

De Inſula Eusea. & Itinerario indico. Caput. lxxv.

AB Inſula Eusea ut conſequens eſt ad continentē Igitur a Traprobane In-
 diā reuertamur. Conuenit res indicas uidere Sed ſi indicis urbibus aut na-
 tionibus reſiſtamus: egrediemur p̄politæ concinitatis modum: p̄ximā In-
 do flumini urbem habuere caphiſam: quā Cyrrhus diruit. Archoſiam Herymanto
 anni i poſitam Semiramis condidit. Caruſiam oppidū ab Alexandro magno ad cau-
 caſum conſtitutum eſt. Vbi & Alexandria quæ patet amplius ſtadia triginta. Multa
 & alia ſunt ſed hæc cum eminentiſſimis. poſt Indos montanas regiones Ictiophā-
 gi tenent. quos ſub actos Alexander magnus in reliquo abſtinere iuſſit a piſcibus.
 Nā antea ſic alebantur. Ultra hos deſerta Carmaniæ perſis deide atq; ita nauigatio.
 In qua ſolis iſula rubens ſemper & oī aiantium generi iu acceſſa. Quippe quæ nul-
 lum non animal illatum necet. ex india reuertentes ab Azamo Carmaniæ fluento ſe-
 ptétriones primū uident. Achemenidis in hac plaga ſedes fuerunt. Inter Carmaniæ
 p̄montorium & Arabiā gn̄quagita milia paſſuum iteriacent: deide tres inſulæ circa

quas hydri marini egrediuntur: uicenum cubitum longitudine. Dicendum hoc loco quatenus ab Alexandria ægypti pergatur in Indiam. Nilo uehente copton usq; Etheiis flatibus cursus est. Deinde terrestre iter hydreum tenus post transactis aliquot mansionibus Berenicem peruenitur: ubi rubri maris portus est. Inde oceli Arabia portus tangitur: proximū india emporiū excipitur: & Miri ifamiae piraticis factionibus. Deinde p̄ diuersos portus Cottonare succeditur: ad quā Monoxilis q̄ in uteribus piper uehūt: petētes india: ante exortū canis: aut p̄tinus post exortum nauigia media æstate soluūtur. Reuertentes nauigāt Decēbri mēse. Secūdus ex india uentus est Vulturinus. At cū uentū est in rubrū mare aut Africus aut Auster uehunt. Spatiū in die decies septies cētena & quinquaginta milia passuū pditur. At Carmania centū milia cuius pars nō caret uitibus. p̄terea hēt genus hoīum q̄ nō alia q̄ testudinis carne uiuūt. hirsuti comā facie tenus: q̄ sola lenis ē. Idē coriis pisciū uestiūtur Cheloo-phagi cognominati.

Sinus persicus & arabicus. Caput. lxyi.

Rrumpit hæc littora rubrū mare: idq; i duos sinus scinditur. Quorum q̄ ab oriēte ē persicus appellatur: quoniā qdē erā illā hitauere p̄sidis populi: uicies & sexagies centena milia passuum circuiti patēs. Ex aduerso unde Arabia ē alter Arabicus uocatur Oceanū uero q̄ ibi īfluit Azaniū noīauerunt. Carmania p̄sis adnectitur: q̄ incipit ab īsula Aphrodisia uariarū opū diues: trāslata quōdā i parthicū nomē: littore quo ocasui subiacet porrecta i milia passuū quinq̄ginta. Oppidū eius nobilissimū Susa: i quo tēplū susiæ Dianæ. A Susis Barbite oppidum centū triginta q̄q; milibus passuū distat: In quo mortales uniuersi odio auri coemūt hoc genus metalli: & abiiciūt i terrarū p̄funda: ne polluti usu eius auaritia corrupāt æqtatē. Hic incōstātissimus terrarū modus. nec i merito: cū aliæ circa p̄siden nationes scenis aliæ parasangis. aliæ icōpata disciplina terras metiantur: & incertā fidē faciat mensuræ ratio discors.

De Parthia & Cyrrhi sepulchro. Caput. lxxvii.

Parthia quāta oīs ē a meridie rubrū mare a septētriōe hircanū solū claudit: In ea regna duo de uiginti dissecātur i duas ptes: undecī q̄ dicuntur superiora incipiunt ab armenio littore & caspio littore porrecta ad terras Scytharū: q̄bus cōcorditer degūt. Reliq̄ septē inferiora. Sic enī uocitāt hēt ab ortu Narios Arianosq; Carmaniā a die medio: medos ob occidui solis plaga: a septētriōe hyrcanos. Ipsa aut Media ab occasu trāsuersa utraq; parthiæ regna āplectitur. A septētriōe Armenia circundata. ab ortu caspios uidet a meridie persidem. Deinde tractus hic p̄cedit usq; ad castellū quod Magi optinent phidasarchida noīe. hic cyrrhi sepulchrum.


De Babylonia. de insulis fortunatis de insulis Gorgadibus. Caput. lxxviii.


Babylonia gentis caput Babylonia est: a Semirade p̄cōdita tam nobilis: ut p̄pter eā & Assyrii & Mesopothamii i Babylonia nomen trāsierint. Vrbs est sexaginta milia passuū circuitu patēs Muris circūdata: quorū altitudo ducētos pedes detinet: latitudo. L. ternis i singulos pedes digitis ultra q̄ mēsurā nostra est altioribus. Amne interluitur Eufrate Beli ibi Iouis tēplū. Quē iuentorē celestis disciplinæ tradidit etiā ipsa religio: quæ deum credit. In æmulatiōem huius urbis Chresiphōtem parthi cōdiderunt: T̄ps. ē ad oceani oras reuerti: rep̄sso i athiopia stilo. namq; ut Atlanticos æstus occidere ab occidente & Hispania dudum dixeramus: ab his quoq; partibus mundi. Vnde primum Atlantici nomen induant exprimi par est. pelagus azanium usq; athiopum littora promouetur. athiopicum a


Massilico promontorio. Vnde rursus oceanus atlanticus. Iuga igitur uniuersæ par-³⁴
tis quâ plurimi ppter solis ardorem puiam negauerunt. facta etiâ uel gentium uel i-
sularum cōmemoratione ad confirmandæ fidei argumētum: omne illud mare ab In-
dia ad usq; gades uolunt itelligi nauigabile. Chori tamē flatibus cuius spiritus pter
Arabiam: aegyptum: mauritaniâ euehere quâuis queant classē. dum mō ab eo pro-
montorio Indiæ cursus dirigatur: quod alii Leptanacran: alii drepanum noiauerunt.
addidit etiâ stationum loca. & spatiorum modum. Nam ab indica prominentia ad
Malichum insulam affirmant esse Quindecies centena milia passuum. A. Malicho
ad Sceneon ducenta uiginti qnq; milia. Inde ad insulâ Adanum centum qnquaginta
milia. Sic cōficiēs ad apertum mare decies octies centena & septuaginta milia. Idem
opinionē plurimorum q ob solis flagrantia maximâ partis istius regionē ferunt hu-
mano generi i accessam sic reluctatur: ut mercantium ibi transitus ifestari ex arabis i
sulis dicant: quas Ascythæ hēnt: arabes qbus Arenata datum nomen est. Nam bubu-
lis utribus contabulatas crates superponunt: uectitatiq; hoc ratis genere praterēun-
tes ipetunt sagittis uenantis. habitari etiâ abdita æthiopiæ adusta Trogloditarum
et Ictiophagorum nationibus. Quorum Trogloditæ tanta pernicitate pollēt: ut
feras quas agitant cursu pedum assequantur. Ictiophagi non secus q; marinæ bel-
luæ nando i mari ualent. Ita exq̄lito Atlantico mari usq; i occasum etiâ Gorgadum
Xenophon meminit isularum. Gorgades ut isulæ accepimus obuersæ sunt promon-
torio quod uocamus Hesperii ceras. has icoluerunt gorgones monstra & sane usq;
adhuc monstruosa gens habitat. Distant a continenti bidui nauigatione. prodidit
deniq; Xenophon lampfacenus hāmonem penorum regem in eas permeauisse. Re-
pertasq; ibi foeminas aliti pernicitate atq; ex oibus quæ apparuerant duas captas:
Tam hirto atq; aspero corpore: ut ad argumentum spectandæ rei: duarum cutes mi-
raculi gratia inter donaria Iunoni suspēderit: quæ durauere usq; in tempora excidii
Carthaginensis. Ultra Gorgades Hesperidū insulæ sunt. (sicut Sebosus affirmat)
dierum quadraginta nauigatione in intimos maris sinus recesserunt. Fortunatas in-
sulas contra leuam mauritaniæ tradunt iacere: Quas Iuba sub meridia qdem sitas.
sed proximas occasui dicit. De harum noibus expectari magnum uirum reor. sed in-
fra famam uocabuli res est. In prima earum cui nomen est Norion: edificia nō sunt:
nec fuerūt. Iuga montiū stagnis madescunt. ferulæ ibi surgunt ad arboris magnitudi-
nem. Earum quæ nigrae sunt: expressæ liquorem reddunt amarissimum. Quæ candi-
dæ succos reuomunt etiâ potui accōmodatos. Alteram insulam Iunoniam appellari
ferunt. In ea pauxillæ ædes humiliter ad culmen fastigiata. Tertia huic proximat eo-
dem noie. nuda oia. Quarto loco capraria appellatur: enormibus lacertis plusquā
referta. Sequitur Niuaris ære nebuloso: & coacto: ac ppterea semper niualis. Dein-
de canaria plena canibus: forma etiâ eminentissimis. Inde etiam duo exhibiti Iubæ re-
gi. In ea ædificiorū durāt uestigia. Auiū magna copia. nemora pomifera. palmeta ca-
riotas ferētia. multa nux pinea. larga mella. Amnes salubres piscibus abundātes: per-
hibēt etiâ expui i eū undoso mari beluas. Deinde cum monstra illa putridine tabe-
facta sunt: omnia illic infici odore tetro. Ideoq; non penitus ad nuncupationē suā
congruere Insularum qualitatem.

Solinus de mirabilibus mundi Brixia per Iacobum Britannicū Impressus.
Anno. MCCCCIIC. Die Vigesimo Nouēbris.









Sal
Ga
Est
Tal
N.



ala	
ab.	8
Est.	
ab.	37
N.º	19